



C-2-6

Ar. 603

Este vol. contém 2 obras, a 1.<sup>a</sup>  
de Fr. Bartholomeu dos Martyros, e  
a 2.<sup>a</sup> de D. Antonio Pinheiro, ambas  
raras e estimadas.

603 ✓

4829

Res. 17<sup>2</sup> P.

Montev. 3. 414

# STY M VLVS 1

Pastorum ex grauissimis  
Sanctorum Patrum Sententijs  
concinatus. In quo agitur de vita et  
moribus Episcoporum, aliorūq;  
Prelatorum.

¶ Per reuerendissimum D. D. Bartholo-  
meū à Martyribus Archiepiscopum  
Bracharensem, & Hyspaniæ  
Primates.



¶ Olysippone apud Frānciscum  
Corream Typographū serenissimi  
Cardinalis Henrici.

Anno. 1565.



RES 226

¶ Approbatus fuit Libellus hic per  
R. P. Magistrum F. Emanuelem à  
Veiga: cui à serenissimo Cardinali  
Henrico regni huius Inquisitore ge-  
nerali, & Archiepiscopo Olyssiponē-  
si examinandorum librorum com-  
missa cura est.



## Ad Lectorem

**H**ic liber amice Lector in duas distributus est partes. In prima referuntur selectissima quedam sententia ex libris D. Gregorij, Bernardi, Augustini, aliorumq; Patrum, eo ordine quo legendis eorum libris annotatae atq; de promptae sunt. In secunda vero per communes locos & singularia capita de moribus agitur & in institutione vitae Episcoporum, aliorumq; praelatorum. Lege & fruere.

¶ Dieghus Páyuá Andradius,  
Christiano Lectori S. P. D.



VLTA sane pruden-  
denter à Pythagora dis-  
putata, multa etiam bre-  
uiter & commode di-  
cta sunt, quæ & pruden-  
tiam augere, & mentes  
ad verum virtutis splen-

dorem allicere facile possunt. Nam cum di-  
uinus ille Spiritus qui solus errorum noctē  
pulsare, veritatisq; lucem mētibus asserre  
pōtest, hominum animos vera Dei cognitio-  
ne illustrare, cælestiq; sapientia imbuere nū-  
quam intermiserit: mirari profecto nemo de-  
bet, si tā multa à veteribus Philosophis pie  
et religiose dicta sūt, vt in Christi schola  
versati fuisse videantur. Est verò inter Py-  
thagoræ sententias illa vt mihi quidem vide-  
tur non vulgaris, qua principum officium ac  
munus ita definit, vt affirmet illorū omnia  
consilia, actiones, cogitationesq; omnes hęc  
referendas esse, vt ij qui in eorum potestate  
sunt, sint quàm beatissimi. Quod cum & cō-  
silio, & præclarissimis virtutum exēplis per-  
ficiunt, tūq; sane maximè autoritate valere,  
officioq; suo rectē fungi dicendos esse.

*tablicus  
de vita py-  
thagoræ.*

*que*

## Epistola

Nam vt gubernatori cursus secundus, medi-  
co salus, imperatori victoria: sic Reip. mode-  
ratori beata ciuium vita proposita est: vt o-  
pibus firma, copijs locuples, gloria ampla,  
virtute honesta sit. Neque. n. ad principum  
autoritatem constituendam, dispersa homi-  
num multitudo vnum in locum coacta est,  
sed ad Remp. tuendam & conseruandã, ad  
homines in officio & religione cõtinendos  
omnis ad vnum potestas delata, princi-  
pũq; dominatus excogitatus est. Qui vero  
beatitudinis perfectam & absolutã rationẽ  
tenet, qui non multo auro ac gẽmis fulgen-  
tes, non varia supellectili onustos, nõ omni  
voluptatũ genere delibutos (quæ vulgus ho-  
minũ admiratur) sed Deo in primis charos,  
sempiternaq; bona sitienter appetentes bea-  
tos ducit, intelliget sane multo magis Eccle-  
siæ principum ( qui Episcoporum nomine  
intelliguntur) interesse, suos efficere perbea-  
tos. Illi. n. Christi Iesu qui veræ nobis fœlici-  
tatis autor extitit, personam sustinent: illis  
diuinorum oraculorum (quæ fœlicitatis viã  
cõmonstrant) interpretatio commissa: illis  
sacramentorum cælestiũq; omnium mune-  
rum quæ ægrotis mentibus medicinam face-  
re, ac Dei nobis amorem (inquo est fœlicita-  
tis summa) cõciliare possunt, procuratio cre-  
dita.

dita. illis deniq; ad coercēda vitia pietatisq;  
 semina spargenda potestas cælitus data est.  
 Quare Episcoporum nomine indigni sane  
 ij censendi sunt, qui quamvigilantiam, curā,  
 ac solitudinem nomine præferunt, non  
 adhibent in hominum mentibus à labētium  
 rerum curis auocandis, diuinoq; amore ma-  
 gis ac magis inflāmandis. Nam cum nō cor-  
 porum illi, sed mentium principes sint desi-  
 gnati, non vanam certe & adumbratam, sed  
 solidam atq; expressam fœlicitatis speciē pro-  
 curare, non tam in externis rebus augendis  
 & amplificandis, quam in animis charitatis  
 luminibus exornandis, diuinisq; virtutibus  
 informandis operam nauare debent. Quod  
 sane in sacris Aharonis vestibus conficiēdis  
 diuinus Spiritus luculēter explicauit. Epho  
 di. n. humeralia duobus onychinis gemmis  
 exornari voluit, quibus filiorum Israel nomi-  
 na incisa essent, vtraq; videlicet senis nomi-  
 nibus, pro ratione ætatis eorum. Rationale  
 vero iuditij, hoc est, pectoris indumentum  
 compleri præcepit. quatuor illigatarum gē-  
 marum ordinibus, quorum quilibet ternas  
 fulgentes gemmas contineret pro numero  
 filiorum Israelis: duodecimq; nominibus  
 (quot sunt Israelitarū tribus) cælari: In quo  
 (inquit) monili Aharon Israelitarum nomi-

Ex. c. 28.

## Epistola

na pectori suo applicata feret, cum in sanctuarium intrabit, ut sit monumentum in Dei conspectu sempiternum. Quæ sane Episcoporum curam atq; vigilantiam in eorum quibus præfunt salute procuranda satis demonstrât. Illos. n. humeris gestare debêt, illos visceribus penitus infixos habere, eorû salutem suis commodis anteferre, pro illis sacra continenter facere, Diuinum numen scelerè prouocatum, assidujs precibus placare, Dei amorem ipsis conciliare, nihil charius, dulcius, iucundius e habere, quam eos diuina lege & præceptis cælestibus informare. Quare in fulgentissimo illo monili duo verba, *Vrim & Thumim* (quæ, illuminationes & perfectiones interpretari licet: vulgatus vero interpres non incõmode doctrinam & veritatem transtulit) erant exarata: quibus quidem diuinæ voluntatis sacris literis consignatæ (cuius Episcopi sunt interpretes, & quæ in illorum mentibus versari continenter debêt) vis atq; pulchritudo explicatur. Taceo summum confessionis nostræ Apostolum ac pontificem Christum: qui ut sibi à patre commissas oues è demonis faucibus eriperet, seipsum non modo truculentissimæ morti deuouit, sed etiã inopè, & abiectâ, & multis agitata laboribus vitã duxit: ut Episcoporum

ad lectorem.

scoporū gloriā & amplitudinē non in opum  
magnitudine, equorū insigniū copia, famulo  
rū splēdore, apparatuq; regio, sed in humana  
rū rerum despiciētia, maximarū virtutū offi  
cijs, ouiū cura, Euāgelijq; sanctitate positam  
esse demōstraret. At vero ābitio quæ in pru  
dētiae nomen inuasit, & in pietatis faciē sese  
vertit, effecit, vt Antistitum aliquot anima  
rum cura (quæ summo Pōtifici Christo tātis  
laboribus cōstitit) tanquā ab eorū dignitate  
& splendore aliena mercenarijs quibusdā de  
legata, in augēda re familiari, in domus orna  
tu atq; nitore, in pōpa fastuq; adhibendo (ā  
quibus Dei filius dū mortale vitam degeret,  
maximopere semp abhorruit) omnē operā  
& industriā collocent. Qui tūc præclaris  
sede Christi Ecclesia mereri, pōtificiāq; auto  
ritatē tūc magis auctā iri putant, cū ā Christi  
modestia ac parsimonia lōgius abfuerint, &  
cū splendidissimis quibusuis ducibus pom  
pa apparatuq; certauerint. Omitto quod ho  
mines isti Christianę legis modū & integri  
tatē tacitis quibusdam vocibus oppugnant,  
Christumq; Dei virtutem & sapientiam te  
meritatis atq; dementiæ condēnare præsefe  
runt, cū ea ad Episcoporū autoritatē tuen  
dam & amplificādam cum primis necessaria  
ducūt, quæ Christus spernenda esse docuit.

## Epistola

Cum tamen nihil ipsis ad existimationē turpius, nihil Ecclesiæ ad splendorem infensus esse possit, quam à nativo illo decore innocentia atq; integritate degenerare. Neq; n. quisquam ita rerum omnium ignarus esse potest, qui nesciat, ea ad Reip. gloriam ac dignitatem conseruandam longe plurimū valere, quæ ad eam comparandam plurimum virium habuerunt. Quot. n. quæso florentissime ciuitates luxu, lāgore, ac desidia ab illo splendore turpiter exciderunt: quem inuictō robore, inedia, atq; laboribus compararunt? Vnde fuit, vt Lycurgus legislator prudentissimus publica lege cauerit, ne mercimonia in suam ciuitatem importarētur: providebat. n. vir præclarus tantum illum nitorem tandiu à suis ciuibus conseruatum iri, quandiu austerum viuendi genus retinerēt: neq; immodicis delitijs eorū animi effœminarentur. Quòd si Ecclesiæ primordia, rerumq; admirabilem continuationem ac seriem repetamus, facile videbimus, ex tan exiguis initijs in tantam amplitudinem excitari nunquam potuisse, nisi illius principes & antesignani diuinæ cuiusdam & inusitatae virtutis admiratione hominum animos perculissent. Nam cum vniuersitas generis humani intueretur Ecclesiæ duces in terris de  
gentes

gentes, nihil minus quã terrena cogitare, in  
 medijs vrbium p populorũq; tumultibus cœli  
 tum vitam degere, illis rebus nullo modo af-  
 fici quæ vulgus hominum miratur: solamq;  
 Christi gloriam animarũq; salutem optare:  
 quam vt consequerentur nihil molestum,  
 nihil durum, nihilq; horrendum putarēt, ab  
 omnibusq; illas Pauli voces crebris sermoni-  
 bus vsurpari, Non quæro vestra sed vos: rei  
 nouitate excitati illos admirari colere ac ve-  
 nerari cœperunt, quos paulo antea veluti fu-  
 riarum ardentibus tedis (vt in fabulis est) a-  
 gitabant. His rationibus partum Ecclesiæ  
 splendorem, diuitiarum gloria, regio appa-  
 ratu, diuinarumq; rerum negligentia retine-  
 ri posse putabimus? Qui rerum vsum percal-  
 luerit, & ad ea quæ Ecclesia nunc patitur ma-  
 la animum aduerterit, satis intelliget, Eccle-  
 siæ decorem non nisi præclarissimis officijs  
 comparatum, non alijs studijs posse aut in-  
 staurari perditum, aut conseruari partũ. Cu-  
 ius & si præclara extent documenta, quæ ta-  
 men imperante Diocletiano acciderũt, sunt  
 eiusmodi, vt prætermittenda esse nullo mo-  
 do videantur. Cum. n. Christiana Resp. diu  
 turnis bellis defuncta, summa pace atq;  
 otio multos annos frueretur, tanta fuit Chri-  
 stianorum in medijs hostibus securitas, vt

2. Cor. c.  
 12. Phil.  
 cap. 1.

Euseb Cæ  
 sar. Hist.  
 Eccle. lib.  
 8. cap. 1.

## Epistola

non modo magnifica templa extruere, sed publicis etiam muneribus fungi, illis fuerit integrum: qua tanta pace tandiu sunt potiti, quandiu christianam disciplinam, pietatem aduersus Deum, mutuamq; charitatem integre conseruauerunt. At virtutum studia (quæ maximarum ærumnarum procellis perfringi sæpe ac labefactari non possunt, flante vero miti ac læta fortuna naufragium facere solent) in tanta illa quiete extincta prorsus atq; inter mortua videbantur. Antistites vero (quorum præcibus diuinum numen hominum sceleribus laeßitum & irritatũ placari solet) cupiditatibus implicati, ambitione tumentes, supercilio elati, delitijs, otio, langore ac desidia torpètes, nihil minus quàm oues cogitabant. Quibus flagitijs diuinum numen (quod maiorem ex spiritualibus quam ex lapideis templis voluptatẽ capit) tantopere fuisse prouocatum tradit Eusebius, vt repentina quadam atq; turbulentissima calamitatum tempestate excitata, omnia sacrata Deo templa diruta funditus ac euerfa fuerint. Tam horrenda etiam & tam formidabilis ærumnarum flâma subito eruperit, vt Christianum nomen vnà cum sacris libris ad exustionem ferè conflagrauerint. Quæ non ante Constantini tempora mitigata,

mitigata, post Licinij vero tyrāni obitū prorsus extincta est. ¶ Miraberis fortasse Lector quòd tam longā à me fuerit de pontificio munere oratio instituta, putabisq; nō tam autoris mentem præfari, quam concionatorem me agere voluisse. Fateor quidem calamitatum Ecclesiæ sensum me coegisse, ultra quam instituti mei ratio postulabat, digredi. At postquam egregium hoc volumē euolueris, videbis facilè nihil à Reuerendissimi Domini Bartholomei Archiepiscopi Bracharensis, & inter Hispaniæ Antistites primarij, mente atq; instituto alienum, dictum à me fuisse: sed illam quoad eius fieri potuit, enucleate explicasse. Nam cum integerrimus hic Pontifex maximam instaurandæ disciplinæ, resarciendi Ecclesiæ nitorem, homines in officio continendi, vitiorum licentiam comprimendi partem, in Antistitem integritate, innocentia, vigilantia, cura atq; moderatione positam esse intueretur, uideretq; tantam illam dignitatem suam non tam humano consilio, quam diuina providentia collatam sibi fuisse, omnes ingenij vires contendit, vt veram Apostolici antistitis rationem teneret, huc omnes animi sui cogitationes contulit, in hanc curam diutissimè incubuit, vt quid Spiritus ille diui

## Epistola

nus hac de re sacris literis consignatum, &  
 sanctissimi viri eodem spiritu aflat, muni-  
 mentis comprehensum reliquissent, calleret:  
 quò illis legibus vitam institueret, ac mores  
 studiose informaret. Nam cum vir egregius  
 non hominibus sed Deo placere semper stu-  
 duisset, non quid hominum iudicio specta-  
 dum esset, & admirabile, sed quid Deo in pri-  
 mis gratum, continenter cogitabat. Ipse. n.  
 de Episcoporum munere cum eo aliquando  
 agens familiariter, magnaq; animi anxietate  
 calamitosum se ille atq; erumnosum diceret,  
 qui vi ex cœnobij delitijs & quiete ereptus,  
 in illam dignitatem tanquam in pistrinum  
 aliquod detrusus esset: atq; veluti in scopu-  
 losum & infestum mare (vnde emergere si-  
 ne maximo periculo non posse speraret) cõ-  
 iectus fuisset, affirmabat, nihil sibi postquam  
 ad illud dignitatis fastigium euectus fuerat,  
 frequentius ob oculos versatum, quàm horrē-  
 dos atq; formidabiles inferni cruciatus: quos  
 euadere vix posse formidaret: vnicumq; sibi  
 in tanto mœrore solatium fuisse, quod ad il-  
 lud non modo nūquam aspirauerit, sed spõ-  
 re etiam oblatum non sine extremavi susce-  
 perit. Ego verò cum timiditatis illum accu-  
 sare, indignumq; esse homine Christiano,  
 tandiu præsertim in sacrarum literarum stu-  
 dijs,

ad Lectorem.

dijs, virtutūq; omnium palestra maxima cū  
laude versao, contenderem, non in magnā  
salutis suę spem ingredi, cum oblatā sibi cæli  
tus occasionem videret, vt crassissimas igno-  
rationis tenebras ab amplissima illa prouin-  
tia propulsaret, à vitijs suos ad virtutū amo-  
rem auocaret, multorumq; animas pro qui-  
bus Christus mortuus est, à Sathanæ laque-  
is vindicaret. ad hæc ille, nihil se horum late-  
re respondit, fateriq; pontificium munus nō  
valde illis esse formidandum, qui omnes su-  
as actiones hominum iudicio metirentur.  
Compertum nanq; se habere, quod si in tam  
corruptis ac deprauatis moribus, & in tam  
collapsa disciplina Episcopi muneri suo qua-  
uis ex parte satisfacerent, populiq; auram ca-  
ptare vellent, magnum essent sanctitatis no-  
men apud vulgus habituri. Nō posse tamen  
Dei op. max. scelerum vindicis, & latebra-  
rum omnium ac recessuum animi inquisito-  
ris iudicium non illos valde formidare, qui  
certo scirent, Episcoporum neminē illi pos-  
se satisfacere, qui non omnes sanctissimi mu-  
neris partes quoad imbecillitas humana fer-  
ret, cūulatē expleret. Quod quā sit arduū  
atq; difficile, illos satis habere exploratum,  
qui diuinam legem dies noctesq; meditatur:  
& amorem quo omnipotēs pater hominum  
mentes

## Epistola

mentes charissimi sibi filij sanguine redemptas prosequitur, pro dignitate perpendunt. His igitur curis integerrimus Pötifex districtus, sacra volumina euoluebat, sanctorum Patrum lucubrationes lectitabat: quicquid vero aut offendebat, aut meditabatur, quod pontificij muneris rationem explicaret, in vnum volumen congerebat, quod Stymulū pastorum appellauit: quia illius lectione pastorum Ecclesiæ animi ad officium tuendū velut stymulis quibusdā excitari facile possunt. Quod cum Romam secum vt in diuiduum comitem asportaret, quō illius lectione animo satis perse quidem incitato, calcaria veluti admoueret: cūq; illustrissimo Carolo Borromeo sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali dignissimo de Episcoporum officio sermonem sæpius habuisset, libellū hūc illi familiariter ostendit. quo inspecto amplissimus Cardinalis (cum omni sit officiorum genere abunde exornatus, pietate insignis, virtutumq; maximarum studio incensus) veluti ingenti aliquo thesauro reperto, gaudio cūmulatus, magnis præcibus ab illo impetrauit, vt libellum apud se relinqueret, quo eruditionem augere, & animum pietatis studio ardentē, magis ac magis inflāmatū iri speraret. Fide tamen data, quod illum per lectum

ad Lectorem.

lectum ad ipsum esset breui remissurus. quod  
haud multo post præstitit: peruenitq; forte  
egregium volumen in eorum manus qui au-  
tori sunt valde familiares ac necessarij: quod  
cum auide euoluissent, atq; intueretur quã  
diligenter, piè, accurate, ac Christianæ pon-  
tificij muneris ratio in eo explicaretur, non  
occultandum atq; defodiendum præclarũ  
opus, sed in aperto, inq; hominum luce col-  
locandum esse putarunt. Cumq; hoc reue-  
rendissimus antistes intellexisset, literisq;  
ad amicos datis grauitè quereretur, in cla-  
marerq; se opus illud non alijs, sed vni sibi  
tantũ scripsisse, sibiq; ipsi torpenti calcar ad-  
dere voluisse, suisq; ibi non alienis vulneri-  
bus, & infirmitatibus medicinam q̄siuisse,  
secum ibidem frequenter & rixari & con-  
tendere, vt carnè & naturales affectus spũ  
subijceret: argumentũq; huic rei esse, quod  
sæpe latino, sæpe etiam vulgari sermone (vt  
familiariter ijs qui sibi tantũ dictare solent  
moris est) vreretur: nihilominus tamẽ illi in  
quorum manus liber Deo ita disponẽte per-  
uenerat, in spem maximæ vtilitatis adducti,  
constanter obstiterunt, & eum prælo cõmi-  
serunt. Quem cum mihi legendum tradi-  
disset, non potui eorum consilium non ma-  
ximopere

## Epistola

ximopere laudare : atq; apud tuum ani-  
 mum candidè Lector non testatum re-  
 linquere , ne in hoc opere orationis orna-  
 tum & elegantiam , sed sententias pieta-  
 tis eruditionisq; plenissimas requiras. Neq;  
 enim Autor tanti orationis lumina , quan-  
 ti pietatis splendorem semper fecit : non  
 tam verborum flosculis ac lenocinijs , quã  
 solidæ atq; expressæ veritatis neruis ex sa-  
 crorum librorum fontibus haustis, excelle-  
 re studuit. Quare si veram pontificum (qui  
 Christi IESV personam suo quique gra-  
 du ac ordine sustinent ) formam intueri  
 cupis , librum hunc curiose euoluito: ita. n.  
 illam exprimit , atq; effingit , vt non ver-  
 bis explicare , sed oculis subijcere videat-  
 ur. Qui vero satis expenderit quantum  
 salutis communis intersit , Ecclesiam bo-  
 nis atq; integris pastoribus frui , fatebitur  
 sanè , nihil potuisse Reipublicæ Christianæ  
 vtilius excogitari, quam de informandis Epi-  
 scoporum moribus sermonem instituere, li-  
 bereq; aperire: quæ illorum nomen obscura-  
 re , inuidiosumq; facere solent. ¶ Non sum  
 nescius Christiane Lector , quantum faciat  
 eruditionis

ad Lectorem

eruditionis, integritatis, pietatisq; autoris  
 commendatio ad lectorum animos allicien-  
 dos: quæ à me explicari abunde potuissent,  
 ni assentationis notam vererer. Eruditio. n.  
 tanta est, quanta in homine sene qui ab ine-  
 unte ætate literarum studijs vigilantissime  
 incubuit, quiq; sacrosanctam Theologiam  
 summa cum laude, doctorumq; omnium ap-  
 plausu multos annos docuit, esse potest. Pie-  
 tatis vero, religionis, virtutumq; maximarũ  
 egregia exempla libenter percenserem, nisi  
 illa me Ecclesiastici sententia perterruisset, *Ecc. c. ii.*  
 Ante obitum neminem laudibus extuleris:  
 ex natis. n. qualis quisque fuerit cognosci-  
 tur: mirificumq; illius pudorem offendere  
 formidarem. Fidei tamẽ ipsius, integritatis,  
 moderationis, temperationisq; singularis,  
 testes sunt certissimi & locupletissimi o-  
 mnes, qui ad amplissimum illud orbis terra-  
 rum Tridentinum scilicet Concilium con-  
 uenerunt: qui illius sæpe in deliberando pru-  
 dentiam, in dicendo libertatem, in rebus Ec-  
 clesiæ salutis necessarijs excogitandis soler-  
 tiam, in procurandis sollicitudinem, in Eccle-  
 siæ maculis delēdis ardens studium moresq;  
 incorruptissimos sunt admirati. Illud vero  
 silentio præterire non possum, quod cum se-  
 renissima Catherina Lusytaniæ nostræ Re-  
 gina

## Epistola

gina religiosissima, beatissimi Ioannis tertij  
iam demortui vxor, vnà cū clarissimo atq;  
Reuerendissimo Henrico principe Cardina  
li verè Apostolico, quo cum per id tempo  
ris regnum magno cum splendore & pieta  
te moderabatur, post diurnam delibera  
tionē, multasq; ad Deum præces decreuis  
set, Reuerendissimum hunc Dominū Bar  
tholomeum nihil minus aut cogitantē, aut  
sperantem, aut ambientem mirantibus cun  
ctis Bracharensem Archiepiscopum desi  
gnare, omnes ille neruos cōtēdit, rationesq;  
iniuit, ne tantum illud onus susciperet. qd  
tamen cum abijcere Ecclesiasticis fulmini  
bus compulsus non potuisset, palàm profes  
sus est, nunquam se viuendi genus simplex  
& monasticum in ea dignitate immutaturū:  
tum quòd illud existimaret ad pōtificiū splē  
dorem & autoritatem tuendam maximè cō  
ducere (quippe quæ non regio apparatu, sed  
officiorum magnitudine comparatur) tum  
maxime quòd Christi Iesu patrimonium nō  
equis, aut famulorum gregibus alendis, sed  
pauperum, ministrorumq; Ecclesiæ egestati  
sustentandæ constitutū fuisse iudicaret. An  
tistites. n. qui profusis sumptibus viuūt, offi  
cio desint, Christi q; Ecclesiam suæ fidei cō  
missam opportunis rebus defraudēt necessa  
est.

## ad Lectorem

est. Quò factum est, vt cum singularem quãdam rei familiaris moderationem amplissimus hic Archiepiscopus adhibuisset, potuit plane & sacerdotes rudiores, & adolescentes plurimos ex vniuersa prouincia crassissimis ignorantis tenebris demersa Brachará aduocatos suis sumptibus alere, vt bonas artes Ecclesiæq; ministris necessarias disciplinas perdiscerent: quò tandem sacris initiati, animarum curam gerere cõmodius possent. quò vt cumulatius præstaret, collegiũ pijssimis atq; doctissimis societatis Iesu viris abundans magnis impẽsis exædificauit, ampleq; dotauit: qui non modo pauperes istos adolescentes, sed omnes etiam ex vniuersa Diœcesi confluentes bonis artibus instituunt, et ad pietatem informant: atq; etiam concionandi & confessiones audiendi munere magnæ cum diuini honoris amplificatione perfunguntur. Quia vero amplissimam Diœcesim plurimis diuinæ legis doctoribus egere animaduertit, in insigni quodã puintiæ oppido sui, hoc est, prædicatorij ordinis cænobium construxit, atq; dotauit, religiosissimis eruditissimisque viris refertum, qui Euangelij Iesu Christi instituta continenter doceant, & præbyteris administrandi sacramenta

rationem

Epistola

rationem tradunt. Prætereo largitatem qua  
pauperum miseras leuat, necessitatibus suc  
currit, ægrotis medetur, nudos certis anni  
temporibus vestit, adeo vt in latissima illa  
prouincia nemo illo sibi tenuior, nemo alijs  
ditior esse videatur. Quæ in toto hoc Lusya  
niæ regno illustriora sunt quam vt referre o  
pus esset: retuli autem non alio consilio, quã  
vt omnes intelligât, quãti Christianæ Reip.  
inter sit Ecclesiæ Christi patrimonium bene  
collocari: ex quo tantę ad alios vtilitates ma  
nare possunt. Quare Deum op. Max. patrē  
domini nostri Iesu Christi præcemur, vt ta  
libus pastoribus eius Ecclesia perfrua  
tur, quales in hoc volumine  
effinguntur.

Vale.

# ¶ Tabula operis.

## ¶ Pars prior.

- ¶ Selectæ quædam sententiæ ex Pastoralî D. Gregorij, de vita & moribus Prælatorum. fol. 1.
- ¶ Selectæ eiusdem argumenti sententiæ ex Epistolis eiusdem. fol. 9.
- ¶ Selectæ eiusdem argumenti sententiæ ex libris D. Bern. de Consideratione ad Eugenium Papam. fol. 17.
- ¶ Quomodo Prælatus erga subditos se gere re debeat ex eodem Bernardo de Consid. ad Eugenium. fol. 21.
- ¶ Selectæ sententiæ ex Epistolis Bernardi, & alijs eiusdem operibus. fol. 26.
- ¶ Ex D. Aug. Chrysoft. alijsq; patribus selectæ sententiæ. fol. 35.

## ¶ Pars posterior.

- ¶ Sollicitudo & occupatio quæ sit digna Episcopo, & quæ indigna. Cap. j. fol. 46.
- ¶ Gravitas simul & affabilitas, atq; suavitas à pastore seruanda. Cap. ij. fol. 61.
- ¶ Misericordia & largitas Episcoporum. Cap. iij. fol. 64.
- ¶ Studiū

## Tabula.

- ¶ Studium Prælati in oratione, contempla-  
tione, ac sacrificij oblatione. Cap. iiii. f. 69
- ¶ Puritas intentionis, & constantia ac immu-  
tabilitas animi in sanctis decretis & con-  
silijs. Cap. v. fol. 74.
- ¶ Humilitas ac modestia Prælatorum quoad  
statum & personam. Cap. vj. fol. 77.
- ¶ Quod prædicatio sit præcipuum Episco-  
pi munus. Cap. vij. fol. 84.
- ¶ Patientia atq; constantia Pastoris in aduer-  
sitatibus & persecutionibus tolerandis.  
Capi. viij. fol. 87.
- ¶ Zelus iustitiæ, & magnanimitas contra pec-  
cata. Cap. ix. fol. 97.
- ¶ Contra pusillanimitatem, & scrupulos cõ-  
scientiæ, vanãq; tristitiam sæpe infestan-  
tem nõnullos pios pastores. Cap. x. fo. 104
- ¶ Prudentia ac circumspectio pastoris, in ver-  
bis factis. Cap. xj. fol. 112.
- ¶ Mensa Episcopi. Cap. xij. fol. 120.

¶ Adiecta est in fine Concio R.

P. F. Ludouici Granatensis habita in conse-  
cratione Reuerendissimi D. D. Antonij Pi-  
narij Episcopi Mirandésis.

Finis Tabulæ.

# SELECTA EX. D.

Gregorio in Pastoralis.

¶ Parte prima.



PROTRAHI AD  
Episcopatum est pro-  
trahi ad ducatum po-  
pulorum, ad exemplar  
viuēdi, ad normam irre-  
prehensibilem Euange-  
licæ vitæ: juxta illud,

Oportet Episcopū irreprehensibilem esse  
ad portandum onera aliena. Ostultū, qui  
cum ad casum vrgeatur ex oneribus pro-  
prijs, humeros libenter submittit oppri-  
mendus alienis.

¶ Contra pastores aliud agentes, aliud do-  
centes, Olee 8. Ipsi regnauerunt, & non ex  
me: Principes extiterunt, & ego ignorauit.  
Et Hyerem. 2. Tenentes legem nescierunt  
me, & pastores præuaricati sunt in me. Et  
Ezech. 34. Cum ipsi purissimam aquā bi-  
beretis, reliquam pedibus vestris conculca-  
batis ac turbabatis: & quam pedes vestri  
turbauerāt, bibebant oues: quia puram sa-  
pientiam quam ex scripturis hauserant,

*Idem:*

A

vita

Ex Pastoralis

vita corrumpunt: atq; hoc modo aquam  
scripturæ turbidam quibus propinant.

Greg.

¶ Nemo se imaginibus cogitationū mag-  
na facturum proponentibus illudat: sed  
ex antea acta vita se iudicet, quid in Epis-  
copatu acturus est. Quomodo. n. in cul-  
mine positus discere poterit humilitatē,  
qui in imis nō desinit insubire? quomodo  
avaritiam superare poterit deputatus ad  
sustentationem multorum, qui antè pro-  
pria tenaciter seruabat? Nam quid est of-  
ficiū pastorale, nisi quædam iugis ac perpe-  
tua mentis tempestas, fluctibus curarū &  
cogitationū semper feruens? Qui ergo men-  
tis nauiculam dum in tranquillo nauiga-  
bat, dirigere vix poterat: quomodo in me-  
dio procellarū seruabit illæsam? Vnde cū  
cogitationum procellis nauis cordis sem-  
per quatitur, atq; incessanter huc & illuc  
impellitur, accidit, vt per repentinos excel-  
sus oris & operis, quasi per obuiantia saxa  
frangatur. Et infra. Inter hæc itaq; quid  
sequendum est, quid tenendum, nisi vt vir-  
tutibus pollēs coactus ad regimen veniat:  
virtutibus vacuus nec coactus accedat. Ille  
si omnino renititur, caueat ne acceptā pe-  
cuniā in sudarioligans, de eius occultatiōe  
iudicetur

judicetur (pecuniam siquidem in sudario ligare est, percepta dona sub otio lenti torporis abicōdere): iste si faciliter accipat, videat ne per mali operis exemplum fiat obstaculum ingredientibus regnum cœlorum, more Phariseorum: quibus Dominus dixit, quod neq; ipsi intrabant, neq; alios intrare permittebant. Deniq; cum sit datus medicus aliorum, si passionibus adhuc abundat, quomodo percussum curare properat, qui in facie vulnus portat?

Ille igitur (ait) ad exemplum vitæ pertrahatur, qui cunctis carnis passionibus moriens, iam spiritualiter viuit: qui prospera mundi postponit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola interna desiderat, qui pietatis affluit visceribus, qui citius flectitur ad ignoscendum: sed nunq; plusquam decet ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur: qui non perpetrat illicita, sed ab alijs perpetrata ut propria deplorat, & in profectibus proximi exultat: qui sic recte viuat, vt tamen audentia proximorum corda fluentis doctrinæ irrigare non cesset: qui orationis vsu & experimento, iam didicit

*bonus  
pistra*

Ex Pastoralī

quod obtinere à Domino quæ poposcē-  
rit, possit. Nam si homo apud hominem  
non sibi familiarem erubescit fieri inter-  
cessor, qua audacia intercessoris officium  
arripit apud Deum, qui per merita vitæ  
ei se familiarem nescit? Cuncti enim liqui-  
dò nouimus, quòd cum is qui displicet, ad  
intercedendum mittitur, irati animus ad  
deteriora prouocatur.

*Greg. 2. p. 1.* ¶ Sit ergo pastor (ait Idem) actione præ-  
*cap. 1.* cipiuis, præ cunctis contemplatione suspē-  
sus, discretus in silentio, utilis in verbo,  
singulis compassione proximus, bene agē-  
tibus per humilitatem socius, contra de-  
linquentium vitia per zelum iustitiæ ere-  
ctus, interiorum curam in exteriorū oc-  
cupatione non minuens, exteriorum pro-  
uidentiam in interiorum solitudine nō  
relinquens. Necessitate loci compellitur  
summa docere, & ideo eadem necessitate  
compellitur eadem vita & opere mon-  
strare. Quid insanius quàm docere contemnē-  
dum fastum & epulas splendidas. &c. et  
hæc operibus sectari? immo credere ne-  
cessaria ad authoritatem officij? Ideo  
prædicator iubetur ascendere super mon-  
tem excelsum videlicet: vt sit eleuatus à  
terrenis

terrenis affectibus & operibus, & (vt ibi-  
dem dicit) non solum debet vita transce-  
dere malos, sed etiam omnes bonos subdi-  
tos: quia sicut eos superat honore ordinis,  
ita & excellentia virtutis: omnibus deu-  
tior, humilior, patiētior, abstinentior, lar-  
gior, &c. quiq; nulla prospera præsens  
vitæ appetat, nulla aduersa pertimescat:  
blandimēta mundi (considerato intimo  
terrore ac periculo status sui) despiciat: te-  
rrores autem mūdi (cōsiderato blādimē-  
to internæ dulcedinis) cōtemnat. Nō illū  
prospera eleuent, non aduersa perturbēt,  
non blanda vsq; ad voluptatem demulce-  
ant, nō aspera vsq; ad desperationem pre-  
munt. Ideo dicit Paulus, Per arma iustitiæ  
à dextris & à sinistris: Et, Super humerale  
pontificis vtrumq; humerum operiebat:  
& erat in eo cocus histinctus. i. ardor cha-  
ritatis Dei & pximi. Cōtra vitia clamet,  
neq; cesset quasi tuba exaltet vocem suā:  
nō sit sicut illi de quib; Isai. 56. dicitur, Ca-  
nes muti non valentes latrare: Et Paulus,  
Vt potens sit exhortari in doctrina sana,  
& eos qui contradicunt redarguere. Spe-  
cialiter vero semp audiatur sonitus prædi-  
cationis eius, quando ingreditur Sanctu-

Ex Pastoralis

arium: ob cuius significationem tintinabula iubebantur innecti vestimentis sacerdotibus. Hoc est, bonis operibus vox & sonitus prædicationis adiungatur.

*Grego.*

¶ Pastor cum Paulo ad tertium cælum contemplatione rapiatur: & cum eodem per viscera pietatis descendat ad terras, dicēs, Quis infirmatur, & ego non infirmor: &c. Factus sum Iudæis, tamquam iudæus, &c. Cum Moÿse crebro ingrediatur & egrediatur tabernaculum: videlicet intus in contemplationem rapiatur, foris infirmantium negotijs vrgeatur: intus Dei arcana consideret, foris onera carnalium portet: et cum eodem in dubijs ad arcam testamenti ad consulendum Dominum recurrat, exëplo Saluatoris nostri, qui post quædam in monte orationi vacauerat, ad vrbes, ad miracula, & pro releuandis hominum miserijs descendebat: quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit: & cum benigne descendit ad infima, valenter recurrit ad summa. Ideo in scala Iacob Angeli ascendebant & descendebant, scilicet per contemplationem, & subuersionem.

*Grego.*

¶ Tales se exhibeant pastores subditis, vt illis occulta sua ac fluctus tētationum pādere non erubescant: sed fidenter ad pāstoris mentem, quasi ad sinum matris recurrant.

Grego.

¶ Cū subditis bene viuentibus quasi equalē se exhibeat. Cū autē aliquis in culpā labitur, protinus potestātē sui prioratus agnoscat. Nam cum natura omnes homines sint æquales, sola culpa vnum alteri postposuit. Absit igitur à Prælato quod gaudeat præesse, sed dūtaxat prodesse. Vnde solis illis subditis se timendos ac tremēdos exhibeant, qui Deum non timent.

Grego.

¶ Sed, heu, plarumq; rector eo ipso quo cæteris præeminet, elatione cogitationis intumescit: dū videt iussa sua velociter impleri, laudibus efferri (aliquādo etiā in male gestis, &c.) incipit intus euacuari veritate, impleri vanitate, & oblitus sui, in vocēs se spargit alienas: talemq; se credit, qualem se foris audit, non qualem intus discernere debuit: & iam credit se meritis excedere, quos potestate transcendit: cunctis se æstimat amplius sapere, quibus se videt amplius posse: in quodam se constituit culmine apud semetipsū: & ex aquo

Grego.

Ex Pastoralibus

respicere cæteros dedignatur, ut fiat simili illi qui dixit, Ascendam super altitudinem nubium. &c. Merito siquidem apostata Angelo similis efficitur, qui alijs hominibus esse similis dedignatur: sicut Saul, quem humilitas fecit prælatum (dicente Dño. Nonne cum paruulus esses, in oculis tuis, caput in tribubus factus es) superbia vero reprobum, & á Deo reprobatum. Cũ enim apud se paruulus esset, apud Deum magnus erat: cum autẽ apud se magnus fuit, apud Deum paruulus factus est.

*Idem.*

¶ Igitur pastor bonis æqualem se cernat, peccantibus autem zelo ultionis se anteferat, imitans pastorum principem Petrũ: cui cum bonus Cornelius se prosterneret, dixit, Surge: & ego ipse homo sum. Contra Ananiam autem & Saphyram potentissimũ se exhibuit. Sic Paulus, bonis quidem dicebat, Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri: & subiungit rationem: Nam fide statis. Item dicebat, Facti sumus paruuli in medio vestrum: Et rursus, Nos autem serui vestri per Christum. At contra incastuosum imperiose se erexit, tradẽs illum Sathanæ,

thanz. Et rursus, Vultis in virga veniam ad vos? Igitur summus locus bene regitur, cum ille qui præest, vitij potiusq; fratribus dominatur: & cum vitiosos punit, eosdem tacita cogitatione sibi præfert. Nam, ut ibi optime dicit, Pastor tanto apud Dominum obligatior est ad sui ipsius correptionem & humilitatem, quanto apud homines nemo est qui illum corripiat. Subditus autem tanto a diuino iudicio liberior est, quanto hic suarum culpam habet ultorem.

¶ Solerter tamen (ait) intueri debet prælatus ne dum imoderatius custoditur virtus humilitatis, soluantur iura regiminis: Et dum prælatus quisq; plus se q; decet, deijcit, subditorum vitam stringere sub vinculo disciplinæ non possit. Teneant ergo rectores exterius quod pro aliorum utilitate suscipiunt: seruent interius quod de sua æstimatione pertimescunt. Sed tamen quibusdam signis deceter erumpentibus, eos apud se esse humiles, etiam subditi deprehendant: quatenus & in autoritate eorum quod formident, videant: & in humilitate, quod imitentur agnoscant.

¶ Cum autem (ait) rector delinquentem punire

*ut latus  
subditorum*

*Idem.*

*Idem.*

Ex Pastoralis

punire compellitur, solícite obseruare debet, vt sic iura disciplinæ contra delinquentes exerceat, vt pietatis viscera non amittat: simul enim se exhibere debet & matrem pietatis, & patrem disciplinæ. Atq; inter hæc solícita circumspectione prouidendum, ne aut districtio sit rigida, aut pietas remissa: nam disciplina & misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. In sit ergo rectori circa subditos & iuste consolans misericordia, & pie sæuiens disciplina: infundat vulneribus vinum & oleum, vt scilicet per vinum mordeantur vulnera, & per oleum foueantur. Ille igitur qui sanandis vulneribus præficitur, in vino morsum doloris adhibeat, & in oleo molitiem pietatis: quatenus per vinum mundentur putrida, & per oleum foueantur sananda. Miscenda ergo est lenitas cum sæueritate, & faciendum quoddam ex vtroq; temperamentum: vt neq; multa asperitate exulcerentur subditi, neq; nimia benignitate soluantur. Vnde sicut in arca testamenti erat simul virga & manna: sic in pectore pastoris rigor & dulcor. Vnde Dauid, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. vir

ga enim percutimur, baculo sustentamur.

¶ Item (ait) duo extrema debet cauere pastor, ne aut exterioribus curis nimis deditus, ab intimis corruat: aut solis interioribus occupatus, quæ foris debet proximis, non impendat. Incidentes in primū extremum sunt illi, qui obliuiscunt se datos esse in prelatos propter salutē animarum, diebus ac noctibus solis curis externis incumbunt. Quo fit, ut interna (quæ alios docere debuerant) ignorent: quo etiā fit, ut subditi non proficiant, sed potius in spiritualibus torpeant: quia non habent pastorem, eorum animas ad cœlestia subleuātē, & ducem, viam perfectionis ostendentē. Si .n. à duce itineris erratur, exercitus sequens quomodo pertinet? Hic enim potius terreni iudicis, quàm cœlestis ducis officiū exercens, terrenis studijs suis excæcat oculos subditorum. Vnde Dominus, non solum pastores, sed & omnes admonet dicēs. Videte ne grauētur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi. Et Apostolus, Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, &c. Et item, Quæ sursum sunt, sapite, quæ sursum sunt  
 quarite

## Ex Pastoralī

quærite, non quæ super terram : mortui enim estis. &c. Quod si Episcopi dixerint, Multa nobis sæcularia negotia comissa sūt, respondet Gregor. adducēs illud Pauli. i. ad Corinth. 6. Sæcularia iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum, vt scilicet illi in terrenis & sæcularibus negotijs occupentur, qui penetrare intima nequeunt. Ideo merito Iethro arguebat Moysen, quia terrenis populi negotijs stulto labore seruebat : consulens vt ad iurgia dirimenda alios constitueret iudices, vt ipse liberius vacaret arcanis cælestibus cognoscendis ad populum erudiendum. Igitur à subditis inferiora gerenda sunt: à rectoribus summa cogitanda; vt. s. oculum, qui prouidendis gressibus præeminet, cura pulueris non obscuret: pedum nanq; est, puluere inuolui, monstruosum autem est, quod caput ( idest pastor ) ad puluerē recuruetur, & cū eo inuoluatur, Et de his pastorib<sup>9</sup> dicitur. Quomodo obscuratum est aurū. &c. Et, Lapidēs sanctuarij dispersi sunt in medio platearum. i. in latitudine negotiorum terrenorum, relinquentes se creta sanctuarij. Igitur concludit Gregorius,

rius. Sæcularia negotia aliquando ex cõ-  
passione toleranda sunt, nunq̄; vero ex a-  
more requirenda: ne cum mentem diligẽ-  
tis aggrauant, hanc suo victam pōdere ad  
ima de cœlestibus mergant. Ideo seniper  
cauendum pastoribus, ne dum temporali  
solicitudini incauté deseruiunt, & vehe-  
menter incumbunt, ab intimo amore re-  
frigescant, & foras fusi, obliuisci non me-  
tuant se esse animarum pastores.

¶ Cauendum etiam alterum extremũ. Sũt *Idem.*  
enim (ait) quidam qui sic sibi vacare ad spi-  
ritualia appetunt, vt rebus exterioribus  
nullatenus occupentur: quorum nimirũ  
prædicatio plerumq; despicitur: quia sub-  
ditis necessariã pro vita temporali non tri-  
buunt. Egẽtis enim mentem sermo præ-  
dicantis non penetrat, quem misericordia  
eius non rigat. Sic ergo oues oportet inter  
no pastu saginare, vt etiam eis exteriora  
prouideantur. Ideo Paulus, si quis autem  
suorum & maximẽ domesticorum curam  
non habet. &c. Igitur pastores neq; vehe-  
menter incumbãt curis exterioribus, neq;  
extoto eas relinquunt. Et ad hoc adducit  
illud Ezechiel. 44. vbi præcipitur sacerdo-  
tibus, vt neq; radant capillos, neq; comã  
nutriant:

*Jo. Sura*  
*(Clericorum)*

Ex Pastoralibus

nutriant, sed dumtaxat tondeant. Per capillos enim externæ curæ significatur: quæ si nimis crescunt, oculos internos impediunt, ne videre possint. Nō sunt ergo radendæ ex toto, sed tondendæ. i. sub certa mensura tenendæ.

Greg.

¶ A pastoribus etiam omnia prædicta optime obseruantibus, diligenter cauendum, ne cupido placendi hominibus eos teneat: alioquin similes erunt adultero puero, qui placere concupiscit oculis sponsæ domini sui, per quem sponsus dona sponsæ transmisit. Ex hoc. n. amore proprio, quo placere hominibus concupiscunt, procedit sæpe, quod non corripiant delinquentes, imo etiam aliquādo demulceāt: quod (vt dicitur Ezech. 17.) est ponere ceruicalia sub capite, & puluillos sub cubitis delinquentium, & à rectitudine vitæ cadentium. Cū .n. ament gloriam mundi, & fauorem hominum, blande tractant illos etiam peccatores, qui in gloria desiderata possunt illis nocere. Contra eos autem quos aduersū se nihil valere conspiciunt, tota austeritate & dominatione armantur, vt etiam hac via gloriam venentur. Vnde Ezech. 34. Vos cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.

potentia.

¶ Pura tamen potest esse intentio appeten- *Greg.*  
 tis ab ouibus diligi . s. vt in eis faciat fru-  
 ctum: vt dilectio & æstimatio sit quædam  
 via qua ad amorem conditoris oues intro-  
 ducantur: non .n. libenter auditur prædi-  
 cator, qui non diligitur. Non ergo pastor  
 quærat diligi pro se ipso, sed vt possit libe-  
 ter audiri . Et hoc modo dicebat Paulus,  
 Ego per omnia omnibus placeo : cum ta-  
 men etiam dicat. Si adhuc hominibus pla-  
 cerem, Christi seruus non essem,

¶ Valde attēdere debet rector, quòd plerū *Greg.*  
 q; vitia, virtutes se esse mētiūtur. v.g. (ait  
 Gregorius) sub parsimonix nomine tena-  
 cia se palliat: effusio, sub appellatiōe largi-  
 tatis: inordinata remissio, creditur pietas:  
 effrenata ira, zelus virtutis: præcipitata a-  
 ctio, æstimatur velocitas & efficacia: agen-  
 di tarditas, consilium grauitatis. Vigilā-  
 ter ergo attēdat rector, ne putet se bene a-  
 gere dum peccat.

¶ Prælatos peccans tot mortibus dignus *Idem.*  
 est, quot ad subditos suos perditionis *Greg.*  
 exempla transmittit. Vnde tanto cauti-  
 us debet se á peccato custodire, quāto pec-  
 cādo non solus tantū moritur, sed omniū  
 animarū,

animarum, quas prauis exemplis destruit,  
reus est.

*Idem.*

¶ Tibi qui curam animarum suscepisti,  
terribiliter intonat Salomō Prouer. 5. dicēs  
Fili si spopōderis pro amico tuo, illaquea-  
tus es verbis oris tui. &c. Fac ergo quod di-  
co filimi, & temetipsum libera: discurre, fe-  
stina, suscita amicum tuū: ne dederis som-  
num oculis tuis, neq; dormitent palpebræ  
tuæ. Dormit namq; pastor (ait Gregori⁹)  
quando omnino negligit curam subdito-  
rum: quia eorum acta neq; scit, neq; corri-  
git. Dormitat et. quando cognoscit qui-  
dem quæ reprehendi debent, sed pigredi-  
ne deprimente ea dissimulat: ac propter  
mentis tædium dignis ea increpationi-  
bus non emendat: Et sicut oculus dormi-  
tando ad plenum somnum ducitur, ita pa-  
stor non resicans malum quod cognoscit,  
adhoc peruenit, vt neq; delicta subditorū  
agnoscat. Debent ergo pastores esse sicut  
animalia illa plena oculis intus & extra: in-  
tus, vt omnia propria delicta coram æter-  
no iudice agnoscant & emēdēt: foris aut,  
vt quæ in alijs sunt corrigenda deprehen-  
dant.

*Idem.*

¶ Cauere tamen valde debent (ait) subdi-  
ti, ne

ne contra facta pastorū murmurent: vnde de Iudæis murmurantibus contra ipsum Moysen & Aaron, dicebat, Neque contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum: nos enim quid sumus: Vnde Dauid percussit cor suum, etiam de minima præcisione oræ vestis Saulis: quia Christus Domini erat: qua designatur tenuissima laceratio quæ verbis fit.

COLLECTA EX EPISTOLIS B. Gregorij. Epistola igitur quinta his verbis depingit onus suum.

*notandi prelati*



VB COLORE Episcopatus ad sæculum sum reductus: & in pastoralis cura tantis terræ curis in seruiio, quantis me in vita laica nequaquã deseruisse reminiscor. Alta enim quietis meæ gaudia perdididi, & intus corruens, ascendisse videor exterius, vnde me á conditoris mei facie lōgè expulsam deploro. Conabar nãq; extra mundum, extra carnem fieri: cuncta phantasmata corporis ab oculis mētis abigere,

B

gere,

*notandi quod hic*

gere, & non solum vocibus, sed medullis cordis ad Dei speciem anhelans dicebam, Tibi dixit cor meum: quæsiui vultū tuū: vultū tuū Dñe requirā: nihil in hoc mūdo appetens, nihil pertimescens. Videbar mihi in quodam rerum vertice stare: ita vt in me penè impletum crederem, quod per Isaiam. 54. Dominus promittit, Sustolā te super altitudines terræ (super altitudinem enim terræ sustolitur, qui ipsa quæ alta & gloriosa præsentis sæculi videntur, per mētis despectum calcat). A quo vertice corruui in timores & pauores, impulsus turbine huius tentationis: quia & si mihi nihil timeo, eis tñ qui mihi cōmissi sunt, multum formido. Undique causarū fluctibus quatiōr, ac deprīmor tempestatibus, ita vt rectè dicam, Veni in altitudinē maris, & tempestas demersit me. Redire ad cor desidero post causas, sed vanis ab eo cogitationum tumultibus exclusus, redire non possum: ita vt obedire nequeam voci prophetae, Redite præuaricatores ad cor: sed stultis pressus cogitationibus, solummodo exclamare compellor, Cor meum dereliquit me: Et paucis interiectis, Sed quis inter tot terrenas curas valeat Dei mysteria

*Bona admo-  
nitio*

*Nota  
supra hunc*

mysteria prædicare, cum mihi difficile sit saltem recolere? Pressus enim in hoc honore negotiorum sæcularium tumultu, ex eis me esse video, de quibus scriptum est, Deiecisti eos dum alleuarentur: quia dum foris videtur surgere, intus cadunt: similes fumo, qui ascendendo deficit, & se se dilatando euanescit. Ideò scriptum est, Deficientes quemadmodum fumus deficiunt: Et illud, Deus meus pone illos vt rotam: rota enim in anterioribus corruens, in posterioribus eleuatur: quia quanto eleuantur in bonis præsentis vitæ, tanto in æternis corruunt. Et quamuis aliqui sint, qui sic exteriores prouectus regere sciunt, vt per eos nequaquam interius corruant: sed mihi hæc difficilia sunt, quia & valde onerosa: & quod mens sponte non recipit, congrue non disponit. Hæc ille. Et quia scribebat Sorori Imperatoris, concludit Epistolam his verbis, Imperator iussit vt symia fieret leo: & quidẽ eius puisione symia vocari leo potest, fieri autẽ nõ potest. Vnde necesse est, vt omnes culpas ac negligentias meas non mihi sed suæ pietati

nota  
 sumi fig  
 uer

boni mody  
 petendi  
 ueritatem

Ex Epistolis

pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo commisit.

¶ Deplorat etiam quòd indignus & infirmus suscepit nauem vetustam & vehementer confractam: in quam vndiq; fluctus intrant: & quotidiana ac valida tempestate quassata, putrida tabula naufragium sonant.

¶ Idem sic ait. Dum contemplationis dulcedinem alte describitis, ruinæ meæ mihi gemitum reuouastis: quoniam audiui quid intus perdididi, dum foris ad culmen regiminis immeritus ascendi. Tanto autem me percussum mærore agnoscite, vt vix loqui sufficiam: oculos enim mentis meæ doloris tenebræ obsident. Triste est quicquid aspicio: quicquid delectabile creditur, cordi meo lamentabile apparet: penso enim qualiter ab alto quietis meæ culmine corruens, vbi deiectus sim, & pro culpis meis in occupationis exilium à facie dominantis missus, quasi destitutæ viduæ vocibus cum Propheta dico, Qui cōsolabatur me, longè recessit à me.

¶ Et in Epistola. 7. Depressus sum vsque ad terram superposito onere, ita vt mentis rectitudinem funditus perdens, contēplatio

*nam de  
ph*

*Idem Epistola. 4.*

*Epistola. 6.  
ad Patricium.*

*bonum  
promissum*

*Idem.*

plationisq; aciem amittens, per experimē-  
tum dicam, Incuruatus sum & humiliatus  
sum vsquequaq;: tanta quippe occupatio-  
num onera deprimunt, vt ad supernā ani-  
mus nullatenus erigatur. multis enim cau-  
sarum fluctibus quatuor, & tumultuosae  
vitae tempestatibus affligor. Periclitanti  
igitur mihi orationis vestrae manum ten-  
dite vos, qui in virtutum littore statis.  
Quod verò me os Domini, quod lucernā  
dicitis, quod multis prodesse perhibetis,  
hoc mihi ad iniquitatum mearum cumu-  
lum accedit, vt cum vindicari in me ini-  
quitas debuit, laudes pro vindicta recipiā.  
Et in fine Epistolae vocat Anasthasiū cui  
scribebat, vt veniat ad conuiuendum secū  
Romae: Quatenus (ait) dum vos videre  
meruero, peregrinationis nostrae tedium,  
de aeterna patria inuicem loquendo, rele-  
uemus.

¶ Consideranti mihi quod impar meritis,  
atque toto animo renitens, pastoralis cu-  
rae pondera portare compullus sum, cali-  
go mœroris occurrit, & triste cor nihil ali-  
ud nisi eas, quae videre nihil sinunt tene-  
bras, videt. Nam quid antistes ad Domi-  
num nisi pro delictis populi intercessor

*Idem Epistola. 24.*

Ex Epistolis.

unquam  
 de oculo  
 suo
 
 eligitur. Qua igitur fiducia ad Deum pro  
 peccatis alienis intercessor venio, apud  
 quem de proprijs securus non sum: &cæ.  
 Immo formido illud, quia cum is qui di-  
 splicet, ad intercedendum mittitur, irati  
 animus ad deteriora prouocatur. Et val-  
 de pertimesco, ne commissa mihi plebs fi-  
 delium, reatus mei additamento depe-  
 reat, cuius nunc vsque delicta Dominus  
 æquanimiter tolerabat. Cum verò vteūq;  
 hunc timorem supprimo, & consolatam  
 mentem ad pontificalis operis studia ac-  
 cingo, considerata ipsa rei immensitate,  
 deterreor. Si scriptum est, Mundamini  
 qui fertis vasa Domini: pondera quanta  
 munda conuersatio debet esse illius, qui  
 ad æternitatis templum vasa viuentia in  
 sinu propriæ conuersationis portat. Ideò  
 rationale iudicij præcipitur Aaron ge-  
 stare, quia cor Episcopale non cogitatio-  
 nes fluxæ, sed sola ratio constringere de-  
 bet: in quo nomina 12. Patriarcharum  
 erant scripta: quia vitas sanctorum Epi-  
 scoporum semper in corde gerere debet,  
 & secundum eas viuere, &cæ.

*Idem.*

B
 ¶ Et post multa subiungit. Suscepto ita-  
 que pastoralis curæ onere, cum cuncta

hæc

hæc, atque alia huiusmodi multa confide-  
 ro, videor, quòd esse non possum: maxi-  
 mè quia hoc in loco quisquis pastor dici-  
 tur: curis exterioribus grauius occupa-  
 tur, ita, vt sæpe incertum fiat, vtrum pa-  
 storis officium an terreni Proceris agat.  
 Et quidē quisquis regendis fratribus præ-  
 est, vacare penitus à curis exterioribus nõ  
 potest: sed tamen curandum magnoperè  
 est, ne ab his immoderatè deprimatur. Igi-  
 tur fratres sanctissimi (Episcopos appellat,  
 quibus scribebat) per venturum iudicem  
 vos rogo, vt lassentem sub onere ve-  
 stris orationibus iuuetis: & oremus pro  
 inuicem, vt saluemur: quia dum nos vo-  
 bis per orationis opem cõiungimus, qua-  
 si ambulantes per lubricum vicissim no-  
 bis manus tenemus: fitque ex magna  
 prouisione charitatis, vt eò robustius sin-  
 gulorum charitas perfigatur, quòd in alte-  
 rum alter innititur.

¶ Quòd me ad Episcopatus ordinem co-  
 gnoscitis peruenisse, si me diligitis, plāgite:  
 quia hic huius mundi tantæ occupationes  
 sunt, vt per Episcopatus ordinem penè ab  
 amore Dei me videam esse separatū: quòd  
 incessanter desleo, atque vt pro me Domi-

Ex Epistolis

*Idem. 30. ad  
Io. n. Patris  
suum.*

num exoretis rogo.  
¶ Dominus me á tanto huius loci periculo qualiter voluerit absoluat: quia sicut peccata mea merebantur, non Romanorum sed Longobardorũ Episcopus factus sum: quorum sinthiciæ spatæ sunt. Gemo quotidie occupationibus pressus, & respirare non valeo. Ecce quo me patrocinia vestra perduxerunt: sed vos qui adhuc valetis, huius mundi occupationes fugite: quia quanto in eo quisq; profecerit, tanto (vt video) ab amore Dei amplius decre-  
scit.

*Idem. 31.*

¶ Et Epistola. 3. i. ad Philippum comitem qui dederat operam, vt ipse pontifex crearetur. In quantum (ait) homo discutere & inuestigare iudicia superna non sufficit, in tantum sub eis debet ceruicem cordis inflectere. Et quia id quod sibi tribuitur, quo iudicio disponatur, ignorat, nec ad appetendum locum procax existere, neq; ad repellendum contumax debet inueniri. Vnde indignus ego ad subeunda Episcopatus onera, iussioni omnipotētis Dei, vestraeq; me voluntati subdidi & cæ.

¶ Tantis fluctibus quatior, vt vetustam ac  
putrescen-

putrescentem nauem quam regendā oc-  
cultā Dei dispensatione suscepi, ad portū  
dirigere nullatenus possim. Ingemisco,  
quia sentio, quod negligēte me crescit sen-  
tina vitiorum. Flēs reminiscor, quod per-  
didi meæ placidum littus quietis: & suspi-  
rando terram conspicio, quam tamen  
rerum ventis aduersantibus tenere non  
possum.

*Epistola. 4ta  
ad Leādrum  
Episcopum  
Hispaniarū.*

¶ Quomodo nolebat recipere munera, ha-  
bes Epistola. 64. vbi rescribens Fœlici E-  
pisco, dicit, Quoniam non delectamur xe-  
nijs palmatianis, quas tua direxit fraterni-  
tas, cum gratiarū actione suscepimus, sed  
eas, ne aliquod exinde potuisses sentire di-  
spendium, digno fecimus pretio venun-  
dari: & id fraternitati tuæ transmisi-  
mus si-  
gillatim.

*Idem.*

¶ Si sacerdotale officiū quod accepimus  
secure ministramus: & diuinum adiuto-  
rium, & spiritualium dilectio filiorū pro-  
euldubio nobis aderit. Propterea frater  
Episcopo testimonium bonum quod ha-  
bes in ciuitate Neapolitana, bonitatis tuæ  
augmento roboretur. Igitur sic te debes in  
præfati populi adhortatione assidua occu-  
patione constringere, vt verbi tui fru-  
ctum

*Idem Epist.  
7. lib. 2.*

atum (quem in eis fueris operatus) in suis horreis diuinus condat agricola.

*Idem.*

¶ Et in. 12. quia scribebatur ei, quòd ce-  
riter crearet Episcopum Neapolitanū,  
respondet. Quia (ait) vtilitates illius  
Ecclesiæ summa cupio firmitate vallare,  
diuturna de hoc necesse habeo delibera-  
tione tractare: vt eam digna possim ordi-  
natione Christo reuelante disponere. Et  
ibi cap. 69. dicit, quòd nulla cura eum  
magis sollicitabat, quā cum ad consecran-  
dum Episcopum eius expectabatur ar-  
bitrium.

¶ Et cap. 68. asserit, quòd iuxta meritum  
plebium solent superno iudicio personæ  
provideri pastorum.

¶ Episcopus cum omnibus hominibus  
summopere debet procurare pacem, Vn-  
de Greg. ibi cap. 91. Ego attestante mihi  
conscientia fateor, quia cum nullo homi-  
ne habere scandalum volo, & quanta va-  
leo virtute declino: ego per elationem ni-  
hil quero.

*Idem Epist.  
15. lib. 4. ad  
quendam Es-  
piscopum.*

¶ Animarum lucrum Deo nostro tota me-  
tis intentione facere festinate: quia nomē  
pastoris non ad quietem, sed ad laborem  
iulcepimus. Exhibeamus ergo in opere,  
quod

quod signamus in nomine: & tamen semper considerate illud, Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, &c. Igitur peritura penitus contemnamus, &c.

¶ Ibidem Epistola. 32. scribens Mauricio *Idem.*  
Cæsari super Ioan. Episcopo Cōstantino  
politano, qui vsurpabat sibi nomen vni-  
uersalis Episcopi, de superbia & fastu E-  
piscoporum inter alia dicit. Quid dicturi  
sumus, qui populū Dei cui indigne præ-  
sumus, peccatorum nostrorum oneribus  
preminimus: corpus despectis vestibus te-  
gitur: & elatione cordis purpuram supe-  
ramus: iacemus in cinere, & excelsa respi-  
cimus doctores humilitatis, & duces su-  
perbiæ: & ouina facie lupinos dentes abs-  
condimus. Exclamare compellor, O tē-  
pora, o mores: ecce cuncta iacent, & ta-  
men Episcopi qui in pauimento & cine-  
re flentes iacere debuerunt, vanitatis sibi  
nomina expetunt. Ego (ait) cunctorum  
sacerdotum seruus sum: in quantum illi  
sacerdotaliter viuunt. Tumidi autē, qui  
contra statuta Patrum ceruicem erigunt,  
in omnipotente Domino confido, quod  
ceruicem meam sibi neque cum gladijs  
flecent.

¶ Pon-

Ex Epistolis

¶ Pondera verò, & time quod de eodem Ioan. dicit Epistola. 38. quòd in principio cum electus est ad Episcopatum Cōstañ. voluit fugere, ne esset Episcopus: postea verò ad hoc perductus est, vt despectis omnibus Episcopis, solus Episcopus esse appeteret, & procuraret appellari.

¶ Ibi. Quid sunt Episcopi, nisi astra cœli? quorum vita simul & lingua, inter peccata erroresq; hominum, quasi inter noctis tenebras lucent?

¶ Vt habetur Epistola. 45. lib. 4. Gregorius coëgit quēdam Marianum monachū omnino renitētem suscipere Episcopatū: Ideo scribit cuidam, quòd consoletur eū; quia (ait) cuiuslibet officij valde onerosa est nouitas; præsertim quia post lōgā quietis otia, eius proculdubio nouitas perturbabitur: Ideo peto, vt cum venerit, tempestatum sæcularium procellas fugiens, semper apud vestram mentem portum quietis inueniat. Cōfido in Domino, quòd ad interiora illum exacuet: & ad exteriora gerenda confortabit.

¶ Epistola. 4. lib. 6. ad Episcopū Cōstañ. qui dixerat se infirmum ad tantum onus, respondet. Prima virtus est cognitio infirmitatis!

Idem.

episcopi  
astra cœli

Idem.

mitatis: atque ex hoc colligimus, vos bene posse susceptum ministeriū implere: quia hoc cognoscitis. Ille omnibus infirmior, qui suam non agnoscit infirmitatem.

¶ Ibidem Epist. 5. eundem exhortatur ad tolerandum onus pastorale: afferēs illud, *Idem.*  
 Si Christus pro omnibus mortuus est, restat vt qui viuunt non sibi viuant, &c. Et quia ille scripserat in Epistolis suis, quòd semper anhelabat ad mentis tranquillitatem & quietem, & ad fugiendam cogitationum perturbationem, respōdet, quòd pastor non potest funditus repellere perturbationem cogitationum & curarum terrenarum: quia scriptum est, quòd etiā gigantes gemunt sub aquis, id est, populis. Dicit tamen, quòd huic curæ modus ponendus est: ne nimis excrescat: quia boni pastores afflante Spiritu sancto inter medias turmas populorum & negotiorum non obruuntur: neque caput mentis submittunt: ambulant per siccum in medio mari: & impletur in eis illud Isai. 43. Cū transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Et quantum ad periculū officij pastoralis, & securitatem solitudinis, respondet, quòd vbiq; est periculum: & sola

Ex Epistolis

& sola Dei gratia saluat. Nā Loth in peruersa ciuitate fuit iustus: & in mōte peccauit: Angelus etiam peccauit in cœlo, homo verò in paradyso.

*Idem.*

¶ Ibidem Epistola. 29. ad quendam. Ego te bene viuere scio: me autem multis peccatis oneratum noui: quòd si tu etiā peccator es, me tamen multo melior: quia tu tua tantummodo peccata, ego & eorum qui mihi commissi sunt, porto.

*Idem.*

¶ Serui Dei præsentés pascunt sapore cōuersationis & doctrinæ: absentes verò, odore bonæ famæ.

¶ Pondera labores pastoris terreni pro pecoribus seruandis. Vide quid Iacob dicat, Gen. 31. Viginti annis fui tecum, oues tuæ steriles non fuerunt, nec captum à bestia ostendi tibi, dieq; noctuq; æstu vrgebar & gelu: fugiebatq; somnus ab oculis meis, &c. Quid ergo nos facere par est pro ouibus Christi?

¶ Epistola. 125. lib. 7. ad Leandrū, qui eū in Epistola laudauerat. Nolite (ait) me vocare Noemi. i. pulchrā: sed vocate me Marā: quia amaritudine plenus sum: Neq; eñ bone vir hodie ego sum ille, quem nosti. Multū fateor exterius proficiēdo, interius cecidi.

*Loth in ciuitate iustus*

*In qua  
star vide*

ceceidi. De illorū numero sum, de quibus scriptum est, Deiecisti eos dum alleuarentur: cum eleuatur enim, deijcitur ille, qui honoribus proficit, & moribus cadit. Ego. n. vias mei capitis. i. Christi sequens, summopere esse decreueram opprobrium hominū & abiectio plebis: atque ascensus disponere in valle lachrymarum: vt tanto verius intus ascenderem, quanto foris per cōuallem lachrymarū humilius iacerem: At, me multū nunc deprimat honor onerosus: curæ innūmeræ perstrepunt: & cū sese ad Deum animus colligit, hunc suis impulsibus quasi quibusdam gladijs scindunt: nulla cordis quies est: prostratum, & in infimis iacentem, ac suæ cogitationis pondere depressum, nulla aut rara valde contemplationis penna in sublimia leuat. Torpet ignaua mens, & circumlatrantibus curis temporalibus, iam penè ad stuporem deducta, cogitur modo terrena agere, modò etiam quæ sunt carnalia dispensare. Aliquando verò studio exigente, compellitur quædam etiam cum culpa disponere. Quid multa loquar? Victa suo pondere sanguinem sudat, id est, culpam. Prospero flatu nauigabam, quando

quando in monasterio tranquillam vitam ducebam, sed procellosis subito motibus tēpestas exorta, in sua perturbatione me rapuit, & prosperitatē itineris amisi: quia perdita quiete, naufragium mentis pertuli. Ecce nunc in vndis versor, & tuæ intercessionis tabulam quæro, vt qui in naui integra diues peruenire non merui, saltem post damna ad littus per tabulam reducar. De podagræ verò dolore, quo scribis te afflictum, ego etiam assiduo dolore vehemēter attritus sum. Sed consolemur, quia potius sunt dona, quàm flagella dolores hi, quibus delicta purgamus. Præterea ex benedictione B. Petri mitto vobis pallium ad sola missarum solennia vtendum. Hæc ille.

Epistola  
126.

¶ Qui per iter huius mundi vasa auri & argenti portat, hoc est, magna merita, caueat à latronibus, id est, dæmonibus de vanitate tentantibus. Qui enim non potuerunt in principio impedire bona opera, ne fieret: postquam facta sunt, reducunt ea in mentem, vt decepta mēs admiretur quàm sint magna, quæ fecit: & sic ea perdat. Contra quem per Ezech. 16. dicitur. Habēs fiduciā in pulchritudine tua, fornicata es in nomine

mine tuo, appetendo. s. propriij nominis gloriam: Ideo contra eam ibi d̄r. 32. Quo pulchrior es, descende. i. cade à gratia mea nempe ob elationem tuam. Remedium ergo contra hoc est, iugiter ad memoriam reducere propria delicta.

¶ Væ qui culmen regiminis non ad officium portandi oneris suscipit, sed ad appetitum gloriæ & transitorij honoris. Væ qui dux Christianæ militiæ fieri sustinet, non dum veterantis miles. i. diu exercitatus in omnium victoria. Episcopus est aurora oriens, quando de nouo venit, non vt presit, sed vt profit.

¶ Nos sub colore Ecclesiæ regiminis mundi huius fluctibus volumur: qui frequenter nos obruunt: sed manu cœlestis gratiæ protegente de profundo releuamur. Vos ergo qui in tanta quietis vestræ serenitate tranquillam vitam ducitis: & securi quasi in litore statis, nobis nauigantibus, aut potius naufragantibus, orationis manum tendite: & conantes ad terram viuentium pergere, quantis potestis precibus adiuuate.

¶ Episcopus puniens debet assimilari patri carnali: qui filium flagellat, & tamen ei omnia bona sua seruat: & eum hæredem

*Epist. 16.  
12. ad Ab  
batē mōn  
tis Sinai.*

*Idem.*

Ex D. Bernard.

habere desiderat. His ergo quos affligimus dulcedinem charitatis in mēte seruare debemus.

*Idem.*

¶ Et ad .7. interrogationem, Augustini Ep̄i Anglorum dicit, Sancta Ecclesia in hoc tēpore quædam per feruorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, quædā per considerationem dissimulat: vt sæpè malum quod auersatur, portando & dissimulando compescat.

*Idem.*

¶ Quod ad Ep̄os pertineat illud, Videant opera vestra bona, vt glorificēt patrem vestrū qui in cœlis est, &c. nota verba Gregorij. Qui iam humanæ laudis cōcupiscentiā calcare sufficit, peccat bona sua opera occultando: quia defraudat proxmū à bono edificationis: & assimilatur illi, qui iacto semine, agit ne germinet. Qui autem intentione diuinæ gloriæ ostēdit opera sua, etiā ea quæ publicè facit, abscondit: quia cum soli Deo in hoc placere curet, solū ipsum in testem censetur habere: Qui autem in opere occulto quod facit, desiderat apprehendi & laudari ab hominibus, hic in publico censetur fecisse opus suum: quia tot testes in bono opere secum duxit, quot humanas laudes quæsiuit.

¶ Caueat

¶ Caueat pastor né alios iuuando, se deserat: né alios erigens, cadat: nam aliquibus magnitudo virtutis occasio perditionis fuit: nam virtus quando vitijs aliorum renititur, quadam delectatione animus sibi blanditur: quo fit vt iam metum suæ circumspectionis abijciat: & in quadã secunda sui confidentia requiescat: cui iam torpenti seductor callidus omne quod bene gessit, enumerat: eamq; quasi cæteris præpolentem, in timore cogitationis exaltat: fitq; fouea mentis, memoria virtutis, cui dicitur Ezechiel. 32. Quo pulchrior es, descende: & dormi cum incircuncisis. Et ib. Habens fidutiam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo: querendo. scilicet priuatam laudem, & gloriam singularem. Igitur bonus pastor, nunquam aspiciat reuera quæ agit: sed quæ agere negligit: semperq; se se deorsum premat: vt dum cor ex memoria infirmitatis atteritur, apud humilitatis auctorem robustius in virtute solidetur.

¶ Sequuntur quedã ex D. Bernardo ad Eugenium de Cõsideratione libro primo.



Maximè condoleo occupationibus tuis, si tamen doleres & tu: quod si non doleres, tunc longè magis doleo: sciens longius à salute esse membrum quod obstupuit: & periculosius laborare, quod se esse ægrum non sentit. Absit vt de te id suspicer, vt potè assuetus delitijs dulcis quietis: ideo non potes desueuissè tam cito: neq; subito non dolere subtractas: quoniam plaga recens dolore non caret: non dũ obcalluit vulnus, & versum est in insensibile. Scio quod non deest tibi materia iusti doloris à quotidianis iacturis: inuitus auelleris à tuæ Rachelis amplexibus: & quotiens auelleris, toties renouatur dolor: nihil tamen plus metuo tibi quàm quò per consuetudinem ad hoc deuenias, vt iam non sentias dolorem, quoniam auelleris à Rachele & implicaris negotijs. Noli nimis credere affectui tuo qui nunc est: nihil tam fixum animo, quod neglectu & tempore non obsolescat

folescat. Vulneri vetusto & neglecto calculus obducitur: & eo in sanabile, quo insensibile fit. Deniq; dolor continuus & acerbus, diuturnus esse non potest: quia aut de remedio consolationem accipiet, aut de assiduitate stuporem. Quid non invertat consuetudo; quid non assiduitate duretur? Primum importabile tibi videbitur onus negotiorum: processu tēporis si assuescas, reputabis non adeo: paulo post leue senties: post, neq; senties: paulo post, etiam delectabit: ita paulatim in cordis duritiam itur: et ex illa in auersionem. Vereor ne in medijs occupationibus (quoniam multæ sunt) dum disfidis finem, frontem dures: & ita sensim te ipsum priues sensu iusti uti-  
 lisq; doloris. Itaq; multo prudentius erit quod te subtrahas occupationibus saltem ad tempus, quā quod patiaris trahi ab ipsis, & duci ad cor durum: quod semetipsū non exhorret, quia neq; sentit: quod compunctione & deuotione non scinditur, pietate non emolitur, &c. Nemo autem duritiam cordis salutem vnquam adeptus est: nisi quem miserans Dñs auferat ab eo cor lapideum, & det ei cor carneum. Ad hoc te trahent maledictæ iste occupationes, si te to-

Ex D. Bernard.

tum dederis illis: nihil tibi relinquens. Volo esse tibi Ietro, ac dicere tibi. Stulto labore consumeris in tot occupationibus temporalibus: quæ non sunt nisi afflictio spiritus, euisceratio mentis, euacuatio gratiæ: nam fructus horum quid nisi aranearum telæ: de mane vsq; ad vesperâ litigare aut litigantes audire? Igitur si hæc deploras, emenda: neq; te vnquam ad ista duraueris quolibet vsu vel assiduitate. Nolo quod in hoc habeas patientiam, imo impatientiam. Hebetati cordis inditium est, propriam non sentire cõtinuam vexationem ac seruitutem.

Itaq; cõsulo tibi, nõ fias seruus hominũ, non consumas totum tempus in audiẽdo leges Iustiniani, lites & cauillationes: Dic, Narrauerũt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Tuum principale munus est, ædificare Ecclesiam, docere populos, meditari in lege Domini: quæ sola est immaculata conuertens animas. Non dico quod totum te subtrahas illis sæcularibus occupationibus: sed quod non tradas te totum: si es homo omnium, omnibus omnia factus, esto etiam tui: alioquin quid tibi prodest si vniuersos lucreris, & teipsum perdas?

perdas? Habe igitur te, & si omnes veni-  
 unt ad bibendum de fonte tuo, bibe etiam  
 & tu: Tu solus sitiens permanebis? Qui  
 sibi nequam, cui bonus? Itaq; non totum  
 te des actioni, neq; semper: sed considera-  
 tioni aliquid tui cordis & temporis seque-  
 stra, vacans Deo: quia & ibi preordinas  
 quæ agenda sunt secundum Deum, né pre-  
 cipitanter fiant: ibi primo scrutaris & or-  
 dinas affectus & actus tuos, demum alie-  
 nos. Itaq; huic tam pio quam vtiliotio nul-  
 lam in vita operam dare, vitam perdere  
 est. Imitare sanctum Gregorium qui vlti-  
 mam partem Ezechielis obscurissimam in  
 otio exposuit, eo tempore quo Vibes erat  
 obsessa: & in summa tépestate negotiorû,  
 vt ex eius præfatione liquet.

¶ Non te (ait) ingeras iudicare de terrenis  
 possessiunculis hominum. Etiã contem-  
 ptibiliores qui sunt in Ecclesia, illos consti-  
 tuite ad iudicandum, dicebat Apostolus.  
 Illæ autem causæ grauiores quas ad te in-  
 trare necesse est, assuesce breuiter deci-  
 dere: precindens frustatorias & venatorias  
 dilationes: Nihil enim ita absq; labore ma-  
 nifestam facit veritatem, vt breuis & pura  
 narratio.

Ex D. Bernardo.

Causa viduæ intret ad te: causa pauperis et eius qui non habet quod det.

¶ Multas causas etiam indignas audientia iudica: vt illæ quæ præferunt manifestā ambitionem. Si discipulus Christi es, igne sciat zelus tuus, exurgat autoritas tua cōtra generalem impudentiam ambitiosorū &c. Flagella eos cum Christo, nec aures eis prebeas: timeant te nūmularij, nec fidant in nūmis, sed diffidant: abscondant æs suū à te, scientes te paratiorem ad effundendū, quam ad recipiendum.

¶ Quatuor ergo tibi (ait) consideranda sunt adeo. s. te, quæ sub te sunt, quæ circa te sūt, quæ supra te sunt. Primo noscete: alioquin nihil tibi proderit scire mysteria omnia, si te nescireis. A te ergo incipiat consideratio tua: imo etiam in te semper finiatur. Quicquid se offerat quod non pertineat ad salutem tuam, mox respuedum. De te ergo cōsidera quis, & qualis sis. Abiectus eras in domo Dei: dictum est tibi, Amice ascende superius super gentes, vt probaret te, an amicus eius sis. Non certè eleuatus es ad dominandum, sed vt euellas, & destruas, & disperdas, & ædifices, & plantes. Nihil horum fastū sonat, sed schemate quoddā rusticani

rusticani laboris, labor spiritualis expressus  
 est. Sarculo tibi opus est, non scepro. Ab-  
 sit quod delitijs resoluaris, aut pōpis. Nō  
 blandiatur tibi cathedra excelsa: est enim  
 specula vnde omnia prospectes, vnde so-  
 licitudine vrgearis omnium Ecclesiarum,  
 non auri & argenti, quæ in te abhominabi-  
 lis erit: nō vt domineris. Plane enim Apo-  
 stolis & tibi interdicitur dominatus, cum  
 dicitur. Reges gentium domiuantur eorū  
 &c. Vos autem non sic, &c. Et Apostolus  
 probabat se plus ministrum, quia in labori-  
 bus plurimis, in carceribus abundantibus,  
 in plagis supra modum, in mortibus fre-  
 quenter, &c. Non licet tibi gloriari in ca-  
 thedra: sed cū ipso Apostolo in cruce Do-  
 mini nostri Iesu Christi. Fœlix qui dice-  
 re potuit, Plus omnibus laboraui. Et si la-  
 bor terret, merces inuitet. Exi ergo in agrū  
 Domini tui: & vide quantis siluescat spi-  
 nis & tribulis; accingere gladio tuo (quod  
 est verbum Dei, & autoritas puniendi)  
 fac vindictā in nationibus, increpationes  
 in populis.

¶ Filius es Apostolorum & Prophetarum  
 esto fide & moribus, per quæ vicerunt, &  
 operati sunt iustitiam. Valde tibi cōmen-  
 do,

*gratia*

*nota*

*nota cuius  
 sis filius*

*55*

do humilitatem : nulla splendidior gēma  
 in ornatu pontificis: Quo enim cæteris ex-  
 celsior, eo humilitate apparet illustrior.  
 Iten, monstruosa res est, gradus summus,  
 & animus infim<sup>9</sup>: sedes prima, et vita ima:  
 sermo multus, fructus nullus: lingua ma-  
 gniloqua, manus otiosa: vultus grauis, &  
 actus leuis: ingens authoritas, & nutās ita  
 bilitas.

¶ Confer ergo tua posteriora prioribus: si  
 in pontificatu profecisti in virtute, in sapi-  
 entia, in intellectu, in suauitate morū, &c.  
 an forte defeceris: si sis patientior, an impa-  
 tientior solito: iracundior, an lenior: in so-  
 lentior, an humilior: affabilior, an austeri-  
 or: exorabilior, an difficilior: pusilior ani-  
 mo, an magnanimior: serius magis, an plu-  
 sculum dissolutus: timorator, an fortè fi-  
 dentior quam oportet, &c. Oportet etiam  
 quod inotescat tibi zelus tuus, clementia  
 tua, discrecio quoq; moderatrix earūdem  
 virtutū: qualis sis in donandis injurijs, qua-  
 lis in vlcilcendis: quam in vtroq; prouidus  
 obseruator modi, loci, temporis: nam hæc  
 tria sunt consideranda in vlu virtutum ha-  
 rum: nè non sint virtutes, si præter hec re-  
 periantur: nam caligante oculodiscretiōis,  
 vna

vna præcipit locū alterius, seu occupat ter-  
minos. Procedit aut̄ hæc caligo vel ex ira  
præcipitante, vel ex molliori affectu censu-  
ram iudicij eneruante. Oculus ira turba-  
tus, nihil intuetur clemeter, suffusus autē  
quadā fluxa & muliebri mollitie animus,  
rectū nō videt. Non eris innocens, si puni-  
as eū cui fortē parcendum esset: aut parcas  
ei, qui fuerat puniendus.

Examina etiā qualē te in tribulationibus  
inuenis, si cōstantē in tuis, si cōdolentē in a-  
lienis. Peruersissimi cordis eris, si in tuis in-  
ueniaris impatiēs, & in alienis imcōpatiēs.  
Itē si in prosperis vel modice animū rela-  
xas à sui custodia & disciplina: quod pauci  
vitāt. Nam in incautis, prosperitas se habet  
ad disciplinā, sicut ignis ad cerā: & radius  
solis ad glaciem: & facilius inueniūtur, qui  
in aduersitate retinuerūt sapientiā, quam  
qui in prosperitate nō perdiderint. Magn⁹  
ille est cui inter prospera saltē risus indecen-  
tior, aut sermo insolētior, aut immodera-  
tior cura corporis, vel vestis, non irrepit.  
Nugæ sint lōge ab ore tuo: nam inter sæcu-  
lares nugæ, nugæ sūt: in ore sacerdotis, blas-  
phemix: Interdū si incidāt, ferēdæ fortassis,  
referēdēnūq̄: imo magis iterueniēdū caute  
& pru-

Ex D. Bernardo.

& prudenter nugacitati: & prorumpendū  
in aliquid serium: quod vtiliter & libēter  
audiatur: & super sedeatur otiosis: Confe-  
crafti os tuum Euāgelio, talibus iam illud  
aperire, illicitum: assuescere, sacrilegū est.  
Verbum scurrile, quod faceti vrbaniuē no-  
mine colorant, non sufficit perigrinari ab  
ore: procul etiā ab aure relegādum: Fæde  
ad cachinos mouéris, fædius moues: detra-  
here autem, aut detrahētem audire, quod  
horum dānabilius sit, non facilé dixerim.  
De auaritia nō loquor: quia pecuniā quasi  
paleam dicaris habere.

¶ **Quomodo Prelatus erga sub-**  
ditos se gerere debeat, ex eodem Ber-  
nardo ad Eugen.

*Bern. ad  
Eug. li. 3.*

**A**dmonet eundem Eugenium Ber-  
nardus vt opprimat oppressores, vt  
puniat acriter iniuste appellātes. s.  
qui appellant ad sedem Apostolicam, non  
quia grauantur, sed vt grauent: Et vt tali-  
bus non solum non profit appellatio, sed  
etiā obsit: hoc est, vt ppter hoc grauiter  
puniantur. Multa ibi inuenies de malis  
quæ sequuntur ex friuolis appellationibus,  
lib. 3.

lib. 3. Vehementer etiam ibi inuehitur contra summū Pontificem: qui eximit subditos à iurisdictione suorū prælatorum, & eos sibi facit immediatos.

¶ Ibidem, Quid peius impunitate vitiorum? Impunitas, filia est in curiæ, mater insolentiæ, radix impudentiæ, nutrix transgressionum.

¶ 4. liber exponit quomodo se debeat gerere erga domesticos & Romanos. Si dicis, Romani proterui & durissimi sunt: attende (ait) fac quod tuum est: non dicitur tibi, sana illum, sed curam illius habe. Et Apostolus non dixit, Plus omnibus fructificauit, sed plus omnibus laboraui, &c.

¶ Vides (ait) omnem ecclesiasticum zelū feruere pro sola dignitate tuenda: honor totum datur, sanctitati nihil, aut parum. Si causa interueniente submissius agere, ac socialius te habere tentaueris, absit (inquiunt) non decet: tempori non congruit, maiestati non conuenit: Quam geras personam attendito. De placito Dei vltima mentio est: pro iactura salutis nulla cunctatio: solū quod sublime est, hoc salutare dicunt: & quod gloriam redolet, id iustū. Omne humile probro dicitur, vt facilius inuenias qui

Ex D. Bernard.

qui velit esse humilis, quam qui velit apparere. Et tamen illi veri antiqui pastores, qui se totos pascendis ouibus exponebāt, nihil se ipsis reputabant indignum, nisi quod salutis ouium obuiare putarent: non quærentes quæ sua sunt, sed impendentes sua & se ipsos pro animabus. Vñ Apostolis ait, Ego autem libētissime impendar, & super impendar ipse pro animabus vestris: Vnica eorum pompa, voluptas, que stuserat, parare Domino plebē perfectā. Imo omnibus modis satagebant in multa contritione cordis & corporis, in labore & erūna, infame & siti, in frigore & nuditate, &c. Hæc consueta fuerunt: nunc vero dis-  
 sueta. Sed vide, Nunc perseuerat eadem cura, sollicitudo, anxietas, æmulatio, sed nō tamen ad salutem animarum sed ad alia commoda nostra. Igitur non erubescas Euangelium, opus fac Euangelistæ: manifesta illis veritatem. Si dicis, Irrident me euangalizantem: ideo tu magis insiste oportune, importune, clama, ne cesses, si forte audiaut, & quiescant. Et pondera quod ad sceleratos præcipit clamare. Fateor populum istum vsq; adhuc dura fronte, & indomito corde: sed vtrum indomabili

mabili, nescio vnde liquido scire possis. Potest fore quod nec dum fuit: Situ quidem diffidis, sed apud Deum non erit impossibile omne verbum: Si dura fronte sunt, durato & tu é contra tuam: nihil tam durú quod duriori nō cedat. Dominus ad Prophetam dicit, Dedi frontem tuam durior rem frontibus eorum. Explesti partes tuas, si agis cum populo tuo, vt dicere possis. Popule meus, quid tibi debui facere, & nō feci? Si sic fecisti, neq; profecisti: exi d̄ Hur Chaldeorum & vade, euangeliza alijs ciuitatibus.

¶ Circa familiares, vero valde illi cōmendat vt sint boni viri. Neq; (ait) te dixeris bonum malis innitentem: aut si bonus sis, bonitas tui solius, quem fructum habere potest?

¶ Circa distributionē offitiorū et beneficiorū, tibi (ait) imputa quicquid pateris ab eo, qui sine te potest facere nihil. In eligendis his, absit quòd attēdas ad preces: cōsilio, nō prece hic agendū. Sūt quæ necessario à nobis rogantiū aut extorquet importunitas, aut necessitas meretur: at istud in his quæ nostra sūt. Vbi autē non licet quod volo facere, quis locus rogati? Itaq; p̄ quo rogaris, sit tibi

*nō attendas ad vocē alienā  
sed ad vocē Dei*

Ex D. Bernardo.

fit tibi suspectus: qui vero pro se rogat, iā  
iudicatus est: Neq; interest per se, an per a  
lium quis roget. Adulantem, & ad placitū  
cuiusq; loquentem, vnum de rogantibus  
puta. Si ad talium blanditias cor tuum e-  
moliri senseris, memineris scriptū. Omnis  
homo primū bonum vinum ponit: sed cū  
inebriati fuerint, tunc id quod deterius  
est. Viri callidi & dolosi proprium esse so-  
let, tunc prætendere humilitatem, cū a  
liquid obtinere voluerit. De quo scriptū  
est. Est qui nequiter se humiliat. Verbosu  
lum adolescentem, & studentem eloqueii  
tia, cum sapientiæ sit inanis: non aliud q̄;  
hostem iustitiæ reputes. Pro his dicitur ti  
bi, Manus cito nemini imposueris: Tales  
elige, quos post modum elegisse nō pœni-  
teat: quia turpe est tibi sæpe retractare  
quod feceris: & iudicium tuum frequēter  
periclitari non decet: Quæ facere debes,  
prius diligenter tracta apud te, & cum his  
qui te diligunt, iuxta illud, Ecclesi. 3 2. O-  
mnia fac cum consilio: & post factum nō  
pœnitebis. Elige viros probatos, non pro-  
bandos: quia in curia potius deficiunt bo-  
ni, quam meliorentur mali. Assume ergo  
potius cunctantes, & renuentes, quam vo-  
lentes,

*hipocrita*

Ex D. Bernard.

lentes, & currentes. Compelle illos intrare, qui præter dominum timeant nihil, nihil sperent, nisi à Domino: in cunctis bñ morati, qui sint in consilio prouidi, in iubendo discreti, in disponendo industrij, in agendo strenui, in loquēdo modesti, in aduersitate securi, in prosperitate deuoti, in zelo sobrij, in misericordia non remissi, in otio non otiosi, in conuiuio non effusi, in cura rei familiaris non anxij: qui quod verecundè excusant, obstinatius non recusent: qui vulgus non spernant, sed doceāt: diuites non palpent, sed terreāt: pauperes non grauent, sed foueant, &c. qui orandi officium gerāt: & in omni re plus fidant orationi, quam suæ industriæ vel labori: qui se amabiles præbeant, non verbo sed opere: se reuerendos exhibeant, sed actu, nō fastu: qui humiles cum humilibus, duros durè arguant, malignantes coerceant, reddat retributionem superbis: qui nō de dote viduæ, & patrimonio crucifixi, se vel suos ditare festinent: qui si mittantur à te cū legatione ad alia regna, non afferant prætiosa terrarum: sed relinquunt pacem regnis, quietem monasterijs, Ecclesijs ordinem, clericis disciplinam, &c. Subditq; ibidem

dem pulcherrima quorundam legatorum exempla: qui redierunt pauperes, neq; munera accipere voluerunt.

*Idem.*

¶ Insuper diligenter gubernā domū tuā: nam vt dicit Apostolis, Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non quò minimis domus tuæ intendas, cum sis occupatus maximis. Nullo ergo modo implices animū curis reifamiliaris ac rerum tuarum: cum oporteat te habere animum liberū, quem nulla sibi vendicet violenta occupatio: nobilē, quem nulla deorsum trahat indigna affectio: firmum, quem nulla concutiat repentina turbatio: inuictū, quem nulla fatiget etiam continua tribulatio: amplū, quē nulla coarctet rei temporalis amissio: Et hæc habere non poteris, si diuiseris animū: & partem dederis rebus Dei, partem reculistuis. Alium ergo pone qui pro te morietur: & solus implicetur. Nam quædam per te solum agere debes, quædam per te simul & per alios, quædam per alios tantum: Et in hoc postremo loco sunt curæ tuarū rerum tēporalium. Prefice his fidelē seruū, qui non fraudet: & prudētem, qui nō fraudetur: & da illi authoritatem & facultatē

pro

pro libito agendi: cui omnes obediāt, & ne  
 mo illi dicere possit, Cur sic fecisti? *Clan-*  
*destinas, & susurratas delationes non acci-*  
*pias aduersus eum: magis detractiones cē-*  
*feas.* Et hanc velim generalem tibi regulā  
 constituas, vt omnem qui palā veretur di-  
 cere quod in aure loquutus est, suspectum  
 habeas: quod si coram dicere noluerit, vt  
 tu iudices, delatorem crede, non accusato-  
 rem. Igitur tu illi præposito habeas fidē,  
 vt tu tibi vocare possis, & Ecclesie Dei.

Si dicis non inuenio fidelem vel pruden-  
 tem cui sic plenè fidam: consulo quod po-  
 tius sustineas minus fidelem, quam quod  
 te immergas labarintho huic: Iudas enim  
 fuit œconomus Saluatoris.

¶ Itē ibidē, sacerdotes domestici tui nisi ho-  
 nestiores cæteris sint, in fabula oībus sunt:  
 Igitur in vultu, in habitu, in incessu illorū  
 qui circa te sunt, nihil residere impudicū,  
 nihil indecēs patiaris. Et memeto quod di-  
 cit Sapiēs. Filix tibi sunt, noli faciem hila-  
 rem ad eas ostendere: Non tamen suadeo  
 tibi austeritatem, sed grauitatem: quia  
 illa fugat infirmiores, hæc vero reprimit  
 leuiores: illa quidē si adsit, facit odibilem:  
 hæc si desit, facit contemptibilem: in

D 2 omnibus

*nota*

*dispositio  
 ad minus  
 Idem. rata  
 Ibidem*

*aduerso*

omnibus tamen modus melior: Ego, nec  
 feuerius velim, neq; dissolutius: Quid hac  
 mediocritate gratius: vt non de feueritate  
 sis oneri: neq; de familiaritate contéptui?  
 Ad hoc semper est necessaria custodia oris:  
 quæ tamen affabilitatis gratiam non exclu-  
 dat. Vbiq; ergo frenanda lingua preceps:  
 presertim in conuiuio. Igitur actu sis se-  
 uerus, vultu serenus, verbo serius, ament  
 te domestici tui: si nō, fac vt timeant. Pro-  
 uide capellanis in necessarijs: vide né egeāt

*Idem.*

¶ Tales studeto habere familiares, qui si  
 velles aliquatenus deuiare, non sinerent,  
 frenarent præcipitem, dormitantem exci-  
 tarent: quorum libertas excedentem corri-  
 geret, extolentem reprimeret: quorum cō-  
 stantia & fortitudo nutantem firmaret, e-  
 rigeret diffidentem: quorum sanctitas, ad  
 omnia te bona incitaret.

*Idem.*

¶ In fine huius. 4. libri docet quomodo se  
 habere debeat cum potentibus iniquis:  
 Quando (ait) malitiæ iuncta est potentia,  
 aliquid tibi super hominem presumendū  
 est. Vultus tuus superfacientes mala: Ti-  
 meat spiritū iræ tuæ, qui hominē non ve-  
 retur: timeant orationem tuā, qui admoni-  
 tionem contempfit: cui irasceris tu, Deū  
 sibi

sibi iratum, non hominem, putet.

¶ Familiares tui (si nō sunt spirituales) nō diligunt te, sed tua: imo nec te, nec tua: sed quæ sua sunt quærunt: & ea venantur adulationibus, &c.

*maloy  
wadit  
hoc fact*

## ¶ Collecta ex Epistol. Bernar.

Et alijs eiusdem operibus.

**S**I rebus raritas prætium facit, nihil in Ecclesia prætiosius, nihil optabilius bono vtiliq; pastore: nempe rara avis est ista: quem propriæ cura animæ nō impedit à solitudine commissarum, aut retardat: qui non quærit quæ sua sunt, neq; quod sibi vtile est: sed qd̄ multis: ¶ Quod si talis ad regimen animarum assumitur, qui se neq; ad congaudendum sentit primum, neq; promptum ad condolendum, talis quidem alijs non prodest, sibi obest plurimum: pascat autem gregem exemplo ædificationis, verbo prædicationis, fructu orationis: habeat tria. s. bonitatem, disciplinam, & scientiam: Prima dat exemplum, setunda corripit, tertia instituit.

*Ber. Ser.  
10. super  
Cant.*

¶ Eget pastor eruditione, sed multo magis vnctiōe: quæ sola docet de omnibus: Eget

Ex D. Bernard.

vigore & feruore: vigore quidem, né cedat tribulationi, sed pro iustitia persecutione viriliter sustineat: feruore autem, vt nullis capiatur voluptatibus, nullis ille cebris eneruetur, iam non sibi viuere studēs, sed ei qui pro eo mortuus est. Cum infirmantibus infirmetur, vratur cum scandalizatis, fiat etiam (si oportet) Iudæis Iudæus: cum Iob, sit frater draconum, & socius structio num: nō timeat pro fratribus cum Moyse deleri de lib. vitæ: & cum Paulo anathema esse à Christo.

*Idem.*

¶ Idē. Censura nunquā remissa, intermissa tamen plerunq; plus proficit. Vigor iustitiæ semper feruidus, sed nunquā præceps: nō enim omne quod licet, statim expedit. Aestuet zelo charitas: alioqui improbe præest, qui non prodest. Fidelis (ait Dñs) seruus, quem cōstituit Dñs s̄r familiā suā, vt det illis cibū in tempore. Vide (ait idē) quia cōstitutus es non ad imperandū, sed ad dispēsandū. ¶ Et serm. 58. super Canti. Acceptatio prælaturæ procedere debet ex quadam intima stimulatione sollicitante nos æmulari fraternam salutem: æmulari decorem domus Domini, incrementa lucrorum eius, incremēta frugū iustitiæ eius  
laudem

laudem & gloriam eius : vt euellat & destruat, ædificet, & plantet.

¶ Tu autē frater, quanam dementia aliena *Idē super*  
curare aut ambis, aut acquiescis: cui adhuc *Can. Ser.*  
nulla aut tātilla charitas, vt fauore liq̄scas, 18.

pauore deficias, perturberis tristitia, auaritia cōtraharis, protraharis ambitione, contuitijs exagiteris, curis euiscereres, honorib⁹ tumeas, &c. Demum (ait) periculosissime promouetur, qui nō dum adeptus est plenam charitatē, etiam si alijs virtutib⁹ polle re videatur: etiā si habuerit omnē sciētiā, & dederit omnē substātiā suā paupib⁹, &c.

¶ Idē (in Epist. 42. ad Henric, Ep̄m Senō.) *Idem.*  
fingit carnali pastori oues dicētes, Si instar mei qui ouis sum, pastor meus etiā curuus graditur, vultū gerens deorsum, & terram semper respiciēs, & soli ventri mente ieiunus, pabula queritās, in quo discernimur? Si venerit lupo, quis præuidebit & occurret? Quid indecētius, quā quod pastor more pecorum sensibus incubet corporis, hæreat infimis, inhiet terrenis, & non erectus stet vt homo, suspiciēs cœlestia, q̄; sursum sūt quærēs & sapiens, non quæ super terram?  
¶ Dic mihi sacerdos, qui amas prætiosum habitum, quæris placere Deo an mundo? *Idem.*  
*Ibidem.*

Ex D. Bernard.

Non quidem Deo: Si vero mundo, cur cr-  
go sacerdos? Nam si Deo non places, neq;  
illum placas: si non placas, cur sacerdos?

*Idem.*

¶ Væ (ait idem) ministris infidelibus: qui  
necdum reconciliati, negotia reconciliatio-  
nis alienæ apprehédunt: quasi homines qui  
iustitiam fecerint, Væ filijs iræ, qui se mi-  
nistros gratiæ profitentur, Væ qui nihil ha-  
bent de spiritu mansuetudinis: quo præoc-  
cupatos in aliquo delicto possint institue-  
re: considerantes seipsum, né & ipsi tenten-  
tur. Procul ab eis viscera misericordiæ: se-  
uire potius & tyrānos se exhibere lætātur:  
quæstum æstimant pietatem: transitoria  
damna valde timent: quia temporalia lu-  
cra sectantur: nolunt sustinere persecu-  
tionem propter iustitiam: quoniam magis  
terrenam mercedem quærunt, quam iusti-  
tiam.

*Idem.*

¶ Idem Epistola. 24. Curritur ad Ecclesia-  
sticas curas: tanquam sine curis iam quisq;  
victurus sit, cum ad curas peruenerit. Et  
qui non dum has curas experti sunt, viden-  
tes alios qui iā humeros submiserunt huic  
farcinæ, non solum non gemere tanquam  
sub onere, sed in super appetere plus one-  
rari: non deterrentur periculis, quæ cupidi-  
tate

tate cæcati, nō vident. Que ista insania est? Vbi timor Dei? vbi mortis memoria? vbi gehenæ metus? & terribilis expectatio illa iudicij? Quò ascendis miser? Vt ab altiori gradu sit casus grauior? neq; enim paulatim decides, sed tanquam fulgur in impetu vehementi (quasi alter Sathanas) subito deijceris. Non cum tanta alacritate currerent ad honores, si esse sentirent & onera: grauari profecto metuerent: nec cū tanto labore & periculo dignitates affectarent: affectant autem, quia sola attenditur gloria, non pœna. Væ tibi Episcopo, quia peccata populi comedis: ac si propria tibi minus sufficere viderentur. Dic mihi, quā tum desudas vt gemitibus, orationibus, pœnitentia, prædicatione, &c. diluas peccata illorum, quorum bona comedis? Venies miser ante tribunal Christi: & audietur grauis quærella populorum, accusatio dura eorum quorū vixere stipendijs, neq; diluere peccata: quib⁹ facti sūt duces cæci, & fraudulentī mediatores: Quid tibi insipiēs delitiæ sapiūt, quid diuitiæ illæ oblectant oculos, quib⁹ mercaris tam graue iudiciū? Vnitā durē temetipsum obligas rationi? Vniuersa quidem vsq; ad quadrantem nouissimi

*curate  
medit*

*Quisq; nō  
delitijs  
mercenatur  
terribila  
iudiciū*

Ex D. Bernard.

*Cave ne  
propter  
consequere  
pererit*  
mum exigeris: non licet tibi de facultatib<sup>9</sup>  
Ecclesiæ luxuriari: & in superfluitatibus  
consumere: sed solū vivere: Non licet dita  
ri, non licet consanguineos extolere, non  
licet palatia ædificare. Deniq; quicquid  
præter necessarium victum ac simplicem  
vestitum de altario retines, tuum non est,  
rapina est, sacrilegium est.

*Idem.*

¶ Idem, Res pauperum nō pauperibus da  
re, par sacrilegij crimen esse dignoscitur: nā  
patrimonia sunt pauperum facultates Ec  
clesiarum: & sacrilega eis crudelitate surri  
pitur, quicquid ministri & dispensatores  
ultra victū accipiunt & vestitum. Neq; e  
nim ordinavit Deus his qui Evangelio ser  
uiunt, de evangelio quærere diuitias, vel  
ornatum: sed vivere ex eo: vt .s. sint cōten  
tialimenta corporis, non gulæ irritamēta:  
& quibus tegantur, nō quibus ornentur, ac  
cipere. Quis (ait) rapuit ab ore Apostolo  
rum hoc verbum gratiæ & fidutiæ, Ecce  
nos reliquimus omnia, & sequuti sumus  
te: Ecce enim vt populus, sic sacerdos: simi  
liter volunt diuites fieri: immo abūdātius  
hanc quærūt consolationem: similiter ami  
cit egent, vt in aliena tabernacula recipian  
tur, vt potē propria non habentes.

*Idem.*

¶ Contra Episcopos immemores sui offi-

cij pulchre agit Bern. super Cant. Sermo. 10. & 33. & 77. & in Serm. Cōuersionis S. Pauli, et in Epistola. 42. ad Henric. Ep̄m  
 ¶ Idem Epistola. 201. Narrathic quomodo quidā Abbas cōditione timidus & uerecū  
 dus, excusabat se à prædicando & gubernā  
 do: allegās suam indignitatem, &c. cui ille  
 inter cætera dicit. Neq; sterilis uerecundia  
 grata est, neq; humilitas præter ueritatem  
laudabilis: Offitiū tuū attende: pelle pudo  
rem consideratione offitij. Sed non sum  
 (inquis) ad ista sufficiens: quasi uero deuo  
 tio accepta non sit ex eo quod habes, nō ex  
 eo quod nō habes: De solo tibi credito ta  
 lento respondere tibi para, securus de reli  
 quo: Si multum accepisti, da multū: quod  
 si modicū est, & id tribue. Etenim qui in  
 modico fidelis non est, neq; in maximo. to  
 tum da, quia totum repetendū est vsq; ad  
 nouissimum quadrantem: sed sanē quod  
 habes, non quod non habes.

¶ Bern. Ep̄la. 236. ad Cardinales quia elegerat in Papā Abbatē filiū suū Eugeniū, in  
 ter cætera, sic dicit. Potuit cōtingere qd̄ de  
 beneplacito Dñi fieret hæc electio: sed non  
 sum securus: quoniā filius dilicat⁹ est, & te  
 nera uerecūdia eius: assueta potius otio &  
 quieti

Ber. Epi.  
201.

imo hys  
coris

Idem.

Ex D. Bernard.

quieti, quam tractandis quæ foris sunt: timendumq; , né non ea authoritate qua oportuerit, sui apostolatus officia exequatur. Quid putatis gerere animi nunc hominem illum, qui de secreto internæ contemplationis & amica solitudine cordis (tanquam infans è gremio & sinu matris) subito perturbatus, tractum se ad medium videt: & quasi ouem ad victimam ductum ad tam insueta & insuauia, nisi Dominus supponat manû suam? Heu necesse est obruatur & oprimatur onere insueto & nimio, formidabili gigantinis & angelicis humeris.

*Idē. Ber.* ¶ Ad eundem Eugenium Epistola. 237. inter cætera sic dicit, Alioquin per quem aliu hæc tam debita libertas ( loquitur de libertate spiritus quæ debet fulgere in pastore) sperabitur, si & tu (quod absit) in Christi hæreditate quæras quæ tua sunt: qui iã & antè dediceras non dico tua non retinere, sed nec tuus esse? Ergo fidutiam talem habes in te, qualem in nullo prædecessorû tuorum, à multis retro tēporibus visa est habuisse omnis Ecclesia sanctorum, ideo exultat in te, &c. Et ego exultaui fateor, sed cum tremore exultaui: sed in ipso exultationis

tationis meæ articulo, timor & tremor uenerunt super me: Considero gradum, & casum vereor: considero fastigium dignitatis: intueor faciem abissi iacētis deorsum: attendo celsitudinem honoris, & é vicino periculum reformido, pro eo quò scriptum est, Homo cū in honore esset, non intellexit: quia. s. honor absorbit intellectū:

Altiolem sortitus es locum, sed non tutio rem: terribilis prorsus, terribilis est locus iste: terra in qua stas, terra sancta est: ubi sedet Petrus egregius magister: qui docuit terrena calcare, qui dicebat de corde puro, & conscientia bona, Argentum & aurum non est mihi. Et post aliqua: Quis mihi det ante quam moriar videre Ecclesiā Dei sicut in diebus antiquis: quando Apostoli laxabant in capturam, non in capturam argenti vel auri: sed in capturam animarū?

Quam cupio illiuste hæreditare vocē, cuius adeptus es sedem, Pecunia tua tecum sit in perditionem? O vox tonitruī, o vox magnificentiæ & virtutis: ad cuius terrorem confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Syon. Hoc desiderāt, hoc suspirant omnes pij, vt omnis plantatio

Ex. D. Bernard.

tio quā non plantauit Pater cœlestis eradicetur. Ad hoc constitutus es super gentes & regna: vt euellas, & destruas, & ædifices, & plantes. Audita electione tua multi dixerunt, iam securis ad radicem arborū posita est: confortare igitur & esto robustus: manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. Vendica igitur tibi animi constantiā & vigorem: quia hæc est pars quam Deus dedit tibi extra fratres tuos: quam tulit de manu Amorrei, &c.

*Idem.*

¶ Et ad eundē Epistola. 239. quia quædā opera iustitiæ strenue exercuerat, deponendo indignos: congaudens illi, animat ad similia, dicens. Siquidem in ruinam & resurrectionem multorum ascendistis hanc cathedram: ruant ruant qui noxie stant: erigantur digni, ponatur securis ad radicē sterilitium plantationum: Præsidente humili Eugenio, deponantur superbi de sede: & exaltentur humiles: esurientes impleantur bonis, & diuites dimittantur inanes.

*Idem.*

¶ Idē Serm. sup Cant. deplorat, quod post quā factus est Abbas, nō potest diligenter custodire vineā ppriā. i. animā suā. Væ mihi (ait) à periculo animæ meæ, quoniā vineis alienis intentus, minus circa vnā meam diligens

diligēs, minusq; sollicitus fieri cogor: nec se-  
pem circū dare, nec torcular fodere in ea li-  
cet. Heu, destructa est maceria eius: & vin-  
demiant eam omnes qui prætergrediūtur  
viam: Patet exposita tristitiæ, iracundiæ,  
atq; impatiētiae peruia. Demoliūtur eam  
sedulæ quædā vulpeculæ instantiū necessi-  
tatū: irrūpunt vndiq; anxietates, suspitio-  
nes, sollicitudines, turbæ discordantiū, cau-  
sarū molestiæ rara hora desunt: nō est pro-  
hibēdi facultas, nō copia declinādi: sed nec  
orādi spatiū. Quo imbre lachrymarū per-  
funderē sufficiā sterilitatē animæ meæ? O-  
mnes palmites eius aruerūt pre inopia: ia-  
cent sine fructu: eo quod nō habeāt humo-  
rem. Iesu bone, quot fasciculos sarmento-  
rū ex eis in tuo quotidie sacrificio vstio cō-  
triti cordis mei te teste absomit?

¶ Contra eos qui se ingerunt prælaturis, di- *Idem.*  
cit in eodem Sermone, Miror audatiā plu-  
rimorum: quos videmus de suis vineis nō  
colligere nisi spinas & tribulos: vineis ta-  
men dominicis etiā se ingerere non vere-  
ri: fures sunt & latrones: non custodes nec  
cultores.

¶ Idē Ser. 42. sup Cant. egregie probat quò *Idem.*  
quando

Ex D. Bernard.

quando pastor arguit & monet omni deli-  
gentia peccatorem, tamen ille nō proficit,  
non debet cōsolationem accipere quasi iā  
perfecerit offitium suum: sicut neq; mater  
consolatur videns filium suum morientē:  
quamuis in eius curatione fuerit diligentis-  
sima: quia intētio praelati nō debet esse ser-  
uare propriam animam, sed animas filio-  
rum: quas vbi non viderit incolumens, nō  
debet admittere consolationem.

*Idem.*

¶ Lege serm. 32. super Cant. vbi arguit  
praelatos qui non possunt ferre nisi opti-  
mos subditos. In quibus (ait) probabis tuā  
patientiam, si omnes inquietos excluseris:  
quibus adhibebis diligētiam disciplinæ, si  
omnes indisciplinatos vel effugaueris, vel  
fugeris.

*Idem.*

¶ Idem serm. 57. super Cant. sic dicit. Hoc  
habet vera & casta cōtemplatio, quōd mē-  
tem quam diuino igne vehementer suc-  
cenderit, tanto interdum repleat zelo & de-  
siderio acquirendi Deo qui eum similiter  
diligant, vt otium contēplationis pro stu-  
dio predicationis libētissime intermittat.  
Et rursus potita votis aliquatenus in hac  
parte, tanto ardentius redeat in idipsum,  
quanto fructuosius intermisisse memine-  
rit.

rit. Et item sumpto contemplationis gustu, valentius ad conquirenda lucra, solita alacritate recurrat. Cæterum inter has vicissitudines plerūq; mens fluctuat, metuēs & vehementer exæstuans, nè fortè alterū horum (dum suis affectionibus hinc inde distrahitur) plus iusto inhæreat: et sic in vtro libet vel ad modicum à diuina deuiet voluntate. Aestuatur ergo grauius vir sanctus inter quietem cōtemplationis, & fructum operis seu prædicationis: & semper gemit, vel de perturbata quiete ob actionem: vel de neglecta fructuosa actione, ob quietem contemplationis: semper de his pœnitentiam agens: & singulis momentis cum gemitu Dñi inquirens voluntatē. Nā vnicum in huiusmodi remedium seu refugium oratio est, & frequēs gemit⁹ ad Deū: vt quid, qñ, quatenus nos facere conueniat, demonstrare assidue velit. Ideo talis anima tribus titulis à sponso donatur: Appellatur. n. Amica mea (quia intendit lucris sponso prædicando, & operando: Formosa mea, ob fulgorem contemplationis: Columba mea, quia iugiter gemit timens in singulis displicere sponso. Igitur (inquit) perfectus eris, si hæc tria habueris: si prote

E gema:

Ex D. Bernard.

gemas: si proximò vtiliter subuenias: si in diuina contemplatione exultes. Huic ergo dicit sp̄sus. Surge amica mea (.s. à somno contemplationis quem in sinu meo gustasti) & veni ad questum & lucra animarum. Iam. n. hyems transijt, &c. i. iam cesarunt impedimēta, & est iam tempus cōmodum prædicādi. De hoc vide ibi serm. 58. vbi dicit, quod quotiēs illum qui tenetur prædicare ex officio, stimulat conscientia ad quærenda lucra animarū, totiēs intelligat adesse sponsum inuitantem cum adputationem & cultum vinearum. i. animarum seu Ecclesiarum: vt euellat, & destruat, ædificet, & plātet, arguat, obsecret, increpet.

Adolescentulæ (de quibus in Cant.) sunt animæ infirmæ: quarum nō est numerus: quarum gerit euram sponsa (.i. anima sancti pastoris) propter sponsum: tanquā magister & mater, & semper cum illis est, quotiens cum sponso non est.

*Idem.* ¶ Idem Bern. Ser. 76. sup Can. & Ser. 77. dicit, quod qui dimmittit oues siue custode, non est pastor ouium, sed luporum.

*Idem.* ¶ Idē Ser. 85. super Cāt. spirituales matres .i. sancti pastores habēt duo genera parienti: ex quibus accipiunt diuerſas soboles: vi

delicet prædicando pariunt animas: & meditando pariunt spūales intelligentias: Et in hoc secūdo genē iterdū exceditur & seceditur etiam à corporeis sensibus vt se se non sentiat, quæ verbum sensit. Hoc fit cū mens ineffabili verbi illecta dulcedine, quodāmodo se sibi furatur: immo rapitur, atq; elabatur à seipsa, vt verbo fruatur. Aliter sane afficitur mēs fructificās verbo, aliter fruēs verbo: illic sollicitat necessitas proximi, hic inuitat suauitas verbi. Et quidem læta in prole mater, sed in amplexib<sup>9</sup> sponsi lætior: chara pignora filiorum, sed oscula plus delectāt. Bonū est saluare multos: excedere autē & cū verbo esse, multo iucūdius. At quādo hoc? aut quādiu hoc? dulce cōmertū, sed breue momentū, & experimentū rarum. Quæris ò curiose quid sit hoc verbo frui? quere ab expto: aut si mihi experiri daretur, putas me posse eloqui quod ineffabile est? Para ergo verbo nō aurē, sed mentē: nō docet hoc lingua, sed grā.

¶ In Epi. 271. ad comitē Theobal. habes regulā ad multa: nā hic comes magna amicitia magnisq; collatis bñficijs toto ordini, valde sibi Bern. deuīxerat: pro quo etiam & pulchra scripserat Pōtifici sūmo. *Bernar.*

Ex D. Bernard.

ergo, quod comes hic rogarat Bernardum  
vt vellet intercedere apud Pon. quo filius  
suus non dum adultus, dignitatem quan-  
dam Ecclesiasticã adipisceretur: Ad quod  
respondit Bern. negãs omnino ei auxiliũ  
in hac parte: quia (inquit) procul dubio of-  
fendo Deum, si facio quod requiritis: quẽ  
si offendo, non est cur me diligatis: cum so-  
lum propter Deum, tantillum tantus prin-  
ceps diligatis.

*Idem.*

¶ Ibi etiam dicit, quod nulli adulto licet ha-  
bere plures honores aut dignitates in plu-  
ribus Ecclesijs, nisi dispensatoris, videlicet ob  
magnan vel Ecclesię necessitatem, vel per  
sonę vtilitatem. Et concludit Epistolam  
dicens, vbi vero emerferit quod sæcundũ  
Deum habere possit, probabo me amicũ:  
& operam meam si opus fuerit, non nega-  
bo.

*Idem.*

¶ Idem in Epistola. 276. ad Eugenium, cõ-  
sulit ei, vt irritet testamentum (etiam non  
seruato ordine juris) quod quidam Epif-  
copus vir bonus fecerat: in quo relinqbat  
ea que habebat cuidam nepoti: instigãte ad  
hoc maligno quodam, cũ Episcopus esset  
turbatus, aut stupidus: Et nõ opponat  
quis, quod oporteat in hoc procedere ordi-  
ne

ne juris, respondet, Ordinatifsimum est minus interdum ordinate aliquid fieri: nā qui sanum sapiunt, claves vestras alteram in discretionem, alteram in potestate constituunt.

*Idem.*

¶ Idem in Epist. 2. Bona mater charitas in pastore: cū arguit, mitis est: cū blanditur, simplex est: piē solet seuire, sine dolo mulcere, patienter irasci, humiliter indignari.

*Idem.*

¶ Idem in Epistola. 24. ad magrum Gilbertum Episcopum Londoniē, qui omnia sua disperferat, & pauperibus erogauerat. Sermo (ait) quem audiuius, magnū dedit suauitatis odorem. Extincta est auaritia: cui nō suaue redoleat? charitas regnat: cui dulce non sapiat? Tali testimonio oportebat tuā philosophiam clarescere: & hoc sine tua præclara studia compleri. Nō fuit magnum quod Magister Gilbertus fieret Episcopus: sed Episcopum Lōdoniensem pauperem viuere, id planè magnificū: nō enim tanto nomini aliquid augere potuit sublimitas dignitatis: auxit autem plurimum humilitas paupertatis. Dispersisti pecuniam: quid est pecunia ad iustitiam: quā pro ea cōmutasti? Iustitia (inquit)

Ex D. Bernard.

eius manet in sæculum sæculi. Num ita pecunia? Igitur laudabile principium, condignum cōsequatur finem: & cauda hostiæ, capiti coniugatur.

*Idem.*

¶ Idem Epistola. 25. ad Archiepiscopū Rothomagenē. qui fuerat assumptus ex ordine Cluniacē. Benigne (ait) si nō dissimules, egit tecum superna misericordia: prouida namq; dispensatione non prius p̄fectus es malis, quam sociatus bonis: quorum cōsortio & exemplo fieres bonus: vt sic postea etiam inter malos viuere bonus posses: quod est tantæ virtutis, quantæ & difficultatis: tangere picem, & nō inquinari ab ea. Ideo Dauid dicebat, Habitauī cum habitantibus Cædar: non dixit, Habitauī in Cædar: quia quāuis ipse corporaliter habitaret cum habitantibus Cædar, ipse tamen in lumine erat. Non sic illi de quibus ipse dicebat, Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, &c. Igitur esto patiens, qui non vincaris a malo: & esto pacificus, vt vincas in bono malum: esto patiens, quia es cum malis: esto pacificus, quia p̄ees malis: Habeat charitas zelum, sed adhibeat pro tempore modum seueritas. Censura quidem nunquam remissa, intermissa

missa tamen plerunq; plus proficit: vigor iustitiæ semper feruidus, sed nūquam preceps: sicut non omne quod libet licet, sic non omne quod licet, statim expedit.

¶ Idem ad Episco. Lausaneñ. Epi. 25. Manum vestrā misistis ad fortia: opus est fortitudine, speculator domus Israel facti estis, opus est prudentia, &c.

Idem:

¶ Idem ad Ep̄m Gebeneñ. Epi. 28. Omnia fac cum consilio, nec tamen omnium, aut quorumcunq;: sed tantū bonorū. Bonos in consilio, bonos in obsequio ac contubernio: qui vitæ & honestatis tuæ custodes sint, & testes.

Idem.

¶ Idē ad Theobaldū Ep̄is. 37. De exequēda iustitia quādo culpa tā aperta atq; inexcusabilis videtur, quod nulla nisi cū iustitiæ piculo misericordiæ occasio relinquatur: etiā tunc cū tremore & dolore exequenda est iustitia. s. vt iudex magis cōpulsus officij necessitate hoc agat, quā vindicandi libidine. Vbi aut̄ obiectū crimen, aut minus certū esse cognoscitur, aut excusandum suscipitur, hoc libētissimē amplectendū est: quia salua iustitia, pietas locum inuenit.

Idem.

Iudicij officium

¶ Idē Epi. 24. ad Archiep̄iscop. Sennoneñ, tractat de perturbatissima vita Ep̄iscopi

Idem.

Ex D. Bernard.

Et primo dicit, quod Episcopi comparantur his qui descendunt in mare: facientes operationes in aquis multis: qui ascendunt vsq; ad cælos, descendunt vsq; ad abyssos: & animæ eorum in malis tabescunt: turbati sunt & moti sicut ebrij: & omnis sapientia eorum deuoratur. Si ego (ait) solus mihi ipsi sum scandalo, solus tædio, solus oneri atq; periculo: quibus ergo molestijs angitur: quibus lacessitur iniurijs? cui etiã & si propria cæssent, nunquam tamen de alienis desunt foris pugnæ, intus timores.

*Idem.*

¶ Ibi etiam monet, quod Episcopus nō admittat ad consilium nisi eos homines qui & boni viri sint, & prudentes. Et laudat eū quod acceperit in consiliarios duos Episcopos comprouinciales, quitales erant. Horum (ait) acquiescendo consilijs, neq; preceps eritis in sententia, neq; vehemens in vindicta, non in corrigendis remissior, nō seuerior in parcendis, non pusillanimis in expectandis, non citus ad promittendum, non ad reddendum tardior, neq; prodigus dator, &c.

Ibidem. Prohibes me (quia ouicula sum) de Episcopis iudicare. vtinam & oculos mihi clauderes, vt neq; cernere possē quæ  
contra-

contradicere prohibes. Si video lupas sæ-  
uissimas (scilicet curiositatem & vanitatē)  
irruere in pastorem meū, cur nō infremā,  
vt ad meum fortē balatum cruētis bestijs  
a quoquam occurratur, & succurratur peri-  
raro? Quid facient de me (qui ouicula sū)  
quæ & in ipsum pastorem tāta feritate in-  
siliunt?

*Idem.*

¶ Ibi etiam agēs contra Episcopos qui esu-  
rientibus pauperibus, expēdunt sua in fa-  
stū & vestes, &c. dicit, quod quāuis cōtra  
eos fama sileat, & populus de hoc nō mur-  
muret: quia non potest (ait Dominus) mū-  
dus odisse vos: sed non filet fames paupe-  
rū. Ibi multa s̄ hoc, quòd videlicet Episco-  
pi de portione illa quæ est necessaria ad  
propriam vitam sustentandam, pascūt su-  
os oculos, emēdo ea quæ ad nihil aliud cō-  
ducūt, quam ad pascendos oculos: Quic-  
quid aut vanitatibus accrescit, necessitati-  
bus pauperum detrahitur. Iumenta gradi-  
ūtur onusta auro & gēmis, & nōstra (in-  
quiūt pauperes) non curatis corpora nuda  
& esurientia. Et tamen hæc omnia nec ne-  
gotiationis studio, neq; proprio manuum  
exercitio, neq; iure hæreditario acquisiui-  
stis, &c. Hæc pauperes coram Deo tantū  
gemūt:

Ex. D. Bernard.

gemūt: cui corda loquūtur : non enim au-  
dent apertē caufari aduerfus Epos: quibus  
interim pro fua vita neceffe habent suppli-  
care. Veniet tamen dies, quādo stabūt in  
magna cōfātia aduerfus eos quia fe angu-  
ftiauerūt, &c. Et Dñs dicet, Quādiu nō feci-  
ftis vni de his minimis meis, nec mihi feci-  
ftis.

*Idem.*

¶ Verus Epūs (vt ibi Bern. ait) fit in præfen-  
tiarum tanquam vas perditum, vt quādo  
q; fit vas in honorem: non enim purē va-  
let Dei vel proximi quærare lucra, niſi qui  
propria lucra contempferit: & extrinſecas  
gloriotas perfecte reſpuerit.

*Idem.*

¶ In eadē Ep̄la. Scholares pueri & impube-  
res adoleſcentuli ob ſanguinis dignitatem  
promouentur ad Eccleſiaſticas dignitates:  
& de ſub ferula transferuntur ad principā  
dū præbiteris: lætiores interim quod vir-  
gaseuaſerint, quam quod meruerint prin-  
cipatum.

*Idem.*

¶ Ibi increpans Abbates qui ꝑcurabant e-  
xēptiones ab obedientia Ep̄ſcoporū, & ge-  
ſtare etiā mithras, dicit, Quis dabit mihi  
centū in mei cuſtodiā deputari paſtores?  
nā plus timeo dentes lupi, quā virgā paſto-  
ris: O ſtupēda inſania, nō cūctari preponi  
cuſtodem

custodem plurimis animabus: & nō posse  
ferre vnū custodē super propriam animā.

*Idem:*

¶ Idē Epist. 55. dicit, quod bona fama Epī  
affert ei graue onus: quia oēs miseri mo-  
ti odore famæ, fiducialiter currunt ad ipsū  
in suis necessitatibus, vt ad comunem pa-  
trem.

*Idem.*

¶ Idem Episto. 66. Scandalum cuiuslibet  
aduersus me, siue iustum siue iniustū sit,  
non debeo dissimulare.

*dem.*

¶ Idē Epist. 70. Episcopus & si facit totū  
quod in se est ad conuersionem alicuius, si  
tūc ipse non cōuertitur, non est satis vt cō-  
solationē recipiat. Discedant (inquit Ber.)  
à me qui me cōsolantur, & dicūt, quia ora-  
tio mea in sinu meo reuertetur, dū is pro  
quo emissā est, non dum cōuertitur. Neq;  
audio illos qui mihi blandientes asserunt,  
Iustitia iusti super eū erit, dum impius in  
sua impietate remoratur. Non enim reci-  
pio consolationem, quandiu fratris video  
desolationem.

*Idem.*

¶ Idem ad quendam Abbatem Epist. 72.  
qui eū in literis suis vocauerat patrē & do-  
minū inter alia sic dicit: Qui me exaltat hu-  
miliat: & q̄ me humiliat, exaltat: sic tu me  
exaltādo, deijcis: & extolēdo, de p̄mis. De  
talibus

Ex D. Bernard.

talibus soleo Deo cōqueri in orationibus. Qui laudabant me, aduersum me iurabāt: ad quam meam quærimoniā audio Deū respondentem, & attestantem: Veré qui te beatum dicunt in errorem mittunt: Et ego subiūgo, Igitur Dñe, auertatur statim erubescētes, qui dicunt mihi, euge, euge: .i. illi qui me laudant, ignorātes vilitatem meam, tandem cognoscentes eam, Erubescant, & pudeat eos talem laudasse, ac proinde desistant.

*Idem.* ¶ Idem Epist. 78. publicé manifestat culpā cuiusdam diaconi: qui simul erat archidiaconus, & decanus, ac dapifer regis Frāciæ: Et dicit, quod non est curandum si scandalizetur illæ cuius vitia carpuntur: quia melius est vt scādalum oriatur, quā vt veritas relinquatur.

*nota*  
*Idem.* ¶ Idem Epist. 80. monet quendam Abbatem puniturū quosdam, quod puniendo, non solum consideret qua pœna illi digni sunt: sed etiam quid dignum sit sibi puniēti. s. vt misericordia superexaltetur iudicio, &c.

*Idem.* ¶ Ad Archiepiscopum Eboracē. Epi. 95. & 198. dicit, quod magis proprium munus est Episcopi feruere zelo in tuēdis oppressis

sis pauperibus ( quibus non est adiutor )  
quam in elemosinis dandis. Hoc enim est  
commune omnibus diuitibus: illud pater  
næ pietatis egregium specimen.

¶ Idem Epi. 127. Si quis de populo deuiat,  
solus perit: error Prælati, multos inuoluit:  
& tantis obest, quantis preest.

*Idem.*

¶ Ibidem. Si aliquis laborat infamia, non  
potest esse prælatus: quia si sunt vera quæ  
de eo dicuntur, indignus est: si falsa, oportet  
tamen pastorem habere etiã decorẽ famæ.

*Idem.*

¶ In Episto vero. 158. videbis quanto zelo  
ardebat Bernard. nè crimina manerent im-  
punita. Quidã reus factus in morte Tho-  
mæ prioris sancti Victoris, confugerat ad  
ad Sedem Apostolicam: vt se defenderet.

Scribit ergo Pontifici, quòd si ille cõfessus  
fuerit culpam, & petierit penitentiam: nõ  
negetur ei. Si autem petierit audientiam,  
detur ei illa quam Moyses dedit adoranti

bus vitulum, quam Phinees forni-

canti Israelitæ, quam Matha-

thias demonibus immo-

lanti, quam Petrus

Ananiæ.

*parca  
volenti*

Ex D. Augusti.

¶ Ex D. Augu. Chryso. alijsq;  
patribus selecte quædam de officio  
pastorali sententiæ.

*Augu.*



Vatum oporteat bonum  
pastorem vigilare nè illa-  
queetur vitio inanis glo-  
riæ, patet ex verbis Augu-  
stini sic dicentis in lib. sen-  
ten. Prosp. Quas vires no-

*Augu.*

cendi habeat humanæ gloriæ amor, nõ sen-  
tit, nisi qui bellũ ei indixerit: Quod si cui-  
piam facile est laudem nõ cupere dum ne-  
gatur, difficile tamen est ea non delectari  
dum offertur. Quia igitur hoc virus est no-  
centissimum, & imperceptibiliter per po-  
ros ingrediens, ac omnia intus corrumpes,  
nihil vtilius saluti animæ hominis in statu  
glorioso constituti, quam continue audire  
opprobria, & scire quò omnes malè reci-  
piunt acta sua, dispiciunt, & deridēt, & ma-  
ledicunt ei: Quanuis enim hoc sæpè no-  
ceat animabus suorum subditorum, pro-  
priæ autem animæ saluberrimum medica-  
mentum est.

¶ Gregorius in generali Synodo. Cũ vi-  
ta pastoris in exemplum debeat esse disci-  
pulis,

pulis, plerunq; clerici qualis in secreto sit  
 vita Pontificis nesciunt: quam tamen sæcu-  
 lares pueri & seruiẽtes sciunt: De qua re  
 presenti decreto constituimus, vt quidam  
 ex clericis vel etiam ex Monachis electi, in  
 ministerio cubiculi pontifici obsequantur:  
 vt is qui in loco regiminis est, & tales ha-  
 beat testes qui veram eius in secreto cõuer-  
 sationem videant: & ex sedula visione exẽ-  
 plum profectus sumant.

¶ Prosper secundo de vita contemplatiua *Prosper.*  
 tractans de conditionibus sanctorum pa-  
 storum, inter cætera, sic dicit. Hi sunt du-  
 ces fidelis populi, omnibus bonis amabi-  
 les, & malè sibi conscijs etiam ipso visu  
 terribiles, vindices oppressorum, primi  
 phalanges inuisibilium præliorum, conlũ-  
 næ firmissimæ in Christo fundatæ: quibus  
 innititur omnis multitudo credentium, di-  
 spensatores regis domus: quorũ arbitrio  
 in aula regis æterni diuiduntur gradus &  
 officia singulorum. Hi sunt qui non am-  
 biendo, sed spiritualiter viuendo, sacerdo-  
 tium mernerunt: qui nihil sibi applau-  
 dunt de præstantia principatus: quoniam  
 nõ inflamat eos honor acceptus, sed exer-  
 cet labor impositus: nõ cogitant profectũ  
 suæ

Ex D. Augusti.

suae excellentiae, sed sarcinam: non gloriantur de dignitate, sed potius sudant quasi constituti sub onore: quos Deus vocat speculatores: quia religiosa curiositate actus omnium explorant: & quos bonos probant, honorando confirmant. Quo vero vitiosos deprehenderit, arguentes emendant: aut si emendari noluerint, æquanimiter portant: habituri vberimum fructum, aut de sua districtione, si correcti profecerint: aut de sua patientia, etiam si illi quos sustinent, emendari noluerint. Ambientes pretermittunt honorare, non ex inuidia, sed altæ prudentiæ consilio: quia illis non expedit. Latere autem cupientes, honorant: ut eis aditum ad maiores profectus aperiatur. Quos probant posse pati increpationem, castigant: impatientes autem obiurgationis, ut languidos, palpant: non eis adulando quod tales sunt: sed infirmitatibus talium compatendo, si non possunt aliter sanari: Quia contingit quod cum tales infirmi puniuntur, succumbunt mole tristitiæ aggrauati: & fugiunt vultus sanctorum: per quos aliquando possent restitui: Etiam non secretè, sed impudenter in omnia vitia præcipitantur.

*Prosper.* ¶ Idem ibidem, Capit. 9. & 10. Quamuis  
Episco-

Episcopus ante omnia propria dimiserit, tamen factus Episcopus potest sine aliquo impedimento perfectionis facultates ecclesiæ dispensare: quia non sunt propriæ, sed omnino communes: Et ideo. S. Paulinus: qui prius vendiderat sua prædia, & pauperibus erogauerat: postea factus Episcopus non contempsit Ecclesiæ facultates: sed fidelissimè dispensauit. Sic Hylarius, qui prius omnia sua pauperibus distraxerat, post factus Episcopus non solum cōseruauit quæ inuenit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus, ampliauit: Quoniam hi sancti viri facultates Ecclesiæ non vt possessores, sed vt procuratores possidebant: non eas in suos vsus vendicâtes vt proprias, sed vt cōmendatas pauperibus diuidentes: scientes nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisi vota fidelium, præcia peccatorum, & patrimonia pauperū. Et ideo habentes, dicebantur ea contemnerre: quia non sibi sed alijs possidebant: nec suscipiebant eas habendi cupiditate, sed subueniendi pietate. Vnde non erogabant eas eis qui sibi de suo sufficiunt: cum nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere: Et etiam ipsi non sine grandi peccato accipiunt, de quibus pauper victurus erat. Imo etiam ipsi pauperes quando suis artificijs aut laboribus possunt

ffunt se sustentare, non debent de bonis Ecclesie accipere, ne Ecclesia grauata non possit infirmis & debilibus subuenire. Clerici etiam qui fideliter laborant in Ecclesia, non expectent hic stipendia temporalia ab Ecclesia, quasi præmia laborum: quia stipendia suæ militiae non nisi cælestia sunt, sed solum necessaria ad sustentationem vitæ. ¶ Taxat etiam ibi sacerdotes, qui cum ex proprijs habeant unde viuant, volunt tamen in congregatione viuere ex sumptibus Ecclesie, quia usurpant cibos pauperum. Et subiungit. Dura sunt hæc quæ dico, neq; ego diffiteor: dura sunt, sed obseruare nolentibus, nam facientibus, facilia sunt. Quomodo difficile est quod non accipias ab Ecclesia id quo opus non habes?

¶ Ibi, etiam cap. 21. exponens verbum Ioan. Debemus ambulare sicut Christus ambulauit, dicit. Quid est ambulare sicut ille ambulauit, nisi contemnere omnia prospera quæ contempsit? & non timere aduersa quæ pertulit? docere quæ docuit? sperare quæ promisit? præstare beneficia etiam ingratis? non retribuere secundum merita maleuolis? orare pro inimicis? misereri peruersis? inuitare aduersos? æquanimiter pati subdolos atq; superbos? ac deniq; (iuxta verbum Apostoli

attende  
propter quod  
laborare  
debeas.

medita  
quotidie  
in o. sep.

li) mortui simus carni, & duntaxat Christo viuamus? Sicut enim carne mortuus nulli iam detrahit, nullū auersatur, aut despicit, nullius pudicitiam callida circūuentione corrumpit, non inuidet, non adularatur, non ambit. &c. sic qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs, nulla horum possunt agere, aut pati.

¶ Augustinus Episto. 52. Debet homo diligere proximum, tāquam seipsum. Vt quem potuerit hominem vel beneficentiæ consolatione, vel doctrinæ informatione, vel disciplinæ cohortione adducat ad colendum Deum. Et ibi ex Terentio adducit illud senis. Tantumne ab re tua est otij tibi, aliena vt cures ea quæ nihil ad te attinēt? Cui hic respondit alius. Homo sum, humani nihil a me alienum puto. Cui sententiæ ferunt theatra tota plena stultis doctisq; applausisse. Et quia hæc Epistola fuit directā cuidam Macedonio iudici sæculari, in fine dicit ei. Tu adeo magnum animum & mirabiliter laudandū geris, vt neq; curas sæculares deferas: & cœlestibus rebus libentius atq; familiarius occuperis. Ex quibus Augusti verbis patet, a pusillanimitate, pcedere, quod homo non possit vtraq; præstare.

Augu.

*Seneca  
Terentij*

Ex D. Augusti.

*Augu.* ¶ Ydem Episto. 54. Facile atq; procliue est malos odisse, quia mali sunt: rarum autem & piium eosdem ipsos diligere, quia homines sunt. Nè putes quod omne odium iniquorū zelus Dei est.

*Augu.* ¶ In eadem Epistola latè diserit quomodo a b s q; culpa possumus intercedere coram iudicibus vel prælatis pro criminosis, pro eorum pœna temperanda, vel remouenda. Et quod quisq; in domo sua puniret admissū, sine culpa in alterius domo vult esse impunitum. Nam & dominus apud homines intercessit ne lapidaretur adultera. Et eo modo nobis intercessionis cōmendauit officium. Nisi quia ille terrendo fecit ( dum ait, qui sine peccato est vestrum. & c. ) quod nos petēdo facere debemus, quia ille Dominus, nos serui: & illo sic terrente, cecidit sœuitia, tremente conscientia: & recedentes, solā misericordi miseram reliquerunt. Cedat ergo huic sententiæ pietas christianorum, cui cessit impietas Iudeorum. Igitur (ait) nos peccatores: intercedimus pro peccatoribus coram peccatoribus, quamuis non fuerimus peccatores: oportet nos sequi exemplum illius qui sine peccato existens, dixit adulteræ. Neq; ego te condēnabo, quasi dicat. Si malitia tibi parcere potuit, quid metuis innocentiam?

¶ Ex

¶ Ex hac Epistola collige, quod tēpore Aug. frequentissimum erat, quod Episcopi intercederent pro reis apud Potestates sæculares. Ibi etiam habes, quod qui rogat pro reo, benigne est audiendus: nec reputādus est ap- probator criminis, sed humanissimus inter- cessor.

*Augu.*

*nota*

¶ Ibi dicit etiā, quomodo Episcopi procedebāt contra crimina pertinentia ad forum sæculare, vt latrociniiū. &c. Agimus (inquit) quantum Episcopalis facultas dat. s. commi- namur diuinū iuditiū, & nonnunquam etiam humanum: arguimus, increpamus, de- testamur quosdam clam: quosdam palam, si- cut diuersitas personarū diuersā videtur posse recipere medicinam: aliquando etiam si res magis curanda non impedit, sancti alta- ris communionem priuamus.

*Augu.*

¶ Idē Epif. 140. Curę Ecclesiasticę adeo me occupatissimum tenent, quod pauculæ gut- tulæ temporis vix recreant vel cogitantem, vel dictantē, vel reficientem corporis vires.

*Augu.*

¶ Idem Epif. 148. Nichil difficilius, laborio- sius, periculosius Episcopi offitio. Et hoc multo amplius quam putabā, expertus sum: nō quia nouos aliquos fluctus aut tempesta- tes vidi, quas antē non noueram, vel non au- dieram, vel nō legeram, vel non cogitaram:

*Augu.*

Ex D. Augusti.

sed ad eas euitandas aut perferendas solertiã  
& vires meas omnino non noueram : & ali-  
cuius momenti arbitrabar : Dominus autem  
irrisit me , & rebus ipsis ostendere voluit  
me ipsum mihi. Et ante hæc præmiserat, Ar-  
bitror Dominum meum propterea me sic  
emendare voluisse , quod multorum pecca-  
ta nautarum (antequam expertus essem  
quid illic agitur) quasi doctior & melior re-  
prehendere audebam . At postquam missus  
sum in medium, tunc sentire cæpi temeri-  
tates reprehensionum mearum, quanquã &  
antea periculosissimum iudicarem hoc mi-  
nisterium. Igitur (inquit) cognita nunc  
ægritudine mea, debeo scripturarum eius  
medicamenta omnia perscrutari : & orando  
ac legendo, agere, vt idonea valetudo animę  
meę ad tam periculosa negotia tribuatur:  
quod ante non feci, quia tempus non habui:  
tunc. n. ordinatus sum, cum otium quærebã  
ad cognoscendas diuinas scripturas. Iubes er-  
go vt pereã pater Valeri, vbi est charitas tua?

Angu.

¶ Idẽ Ep. 204. Quod multi quia nolebãt acce-  
ptare Ep̄atũ, p̄ducebãtur, includebãtur, cu-  
stodiebãtur, & patiebãtur multa q̄ nolẽt, do-  
nec eis adesset volũtas suscipiẽdi opus bonũ.

Nazian.

¶ Nazianzenus in oratione de laudibus Ba-  
siliij, Inditia idonei viri ad præfecturam Eccle-  
sia

fiæ sunt hæc. Loquendi libertas erga princi-  
pes, indigentium subsidia, plura quidem spi-  
ritualia, non pauca corporalia, hospitem re-  
ceptio, virginum congregatio, monachorū  
institutio verbo & scripto, precum ordina-  
tio, gradus exornatio.

¶ Episcopus debet esse sicut Melchisedech,  
sine patre, sine matre, & sine genealogia, su-  
perando teneros affectus erga consanguine-  
os. Imo Dominus ut suos erudiret vicari-  
os, semper aspere locutus est ad consangui-  
neos suos quotiens intercessit negotium cū  
eis. Aliquando. n. dixit. Nescitis quid petatis.  
Et alibi. Quid est quod me quærebatis. Et,  
Quid mihi & tibi est mulier. Et, Quæ est ma-  
ter mea, aut fratres mei. &c. Quasi dicat, Nō  
habeo alios consanguineos, nisi qui patris  
mei voluntatem faciunt. Et sæpe alibi. Scie-  
bat Dominus multos pastores futuros qui  
occasione consanguineorum ad terrena fle-  
cti deberēt. Ideoq; sic eos añ præmuniuit.

¶ Isaias dicit quod tempore Messie restitue-  
di erunt iudices sicut a principio. s. tēpore iu-  
dicū: qui sine fastu & pompa creditū sibi po-  
pulū regebāt. Vñ quidā eorū dicebāt. Quod  
videritis me facere, hoc facite: & alius, Nō do-  
minabor vobis, neq; filius meus, sed Dñs. Iō  
ad Episcopos dicitur: Nō dominātes in clero,

*de lo/aj  
niray  
sub  
fu: 59*

- Chrysoſt.* ſed forma facti gregis. &c.  
 ¶ Chryſoſt. homil. 3. in Acta. Non arbitror inter Episcopos multos eſſet qui ſalvi ſiant, ſed multo plures qui pereant: quia ſæpè non damnatur proprijs peccatis, ſed alienis quæ non curauerunt.
- Chryſoſt.* ¶ Idem homil. 15. ad Thimo. 1. Ego audèter dixerim Eccleſiæ preſules nihil præter victũ & veſtitum habere oportere: nè ad iſta trahantur deſiderio.
- Chryſoſt.* ¶ Idem lib. 3. de ſacerdotio. Omnes ciues expectant quod Episcopus quotidie eat in domos ſuas, non ſolum quãdo ſunt ægroti, ſed etiã quando ſani, alias offenduntur. &c. Volunt quod non comedat, quod non habeat vel vnum famulum. &c. Deniq; quod ſit angelus, nullam habens carnis fragilitatem.
- Chryſoſt.* ¶ Idem dicit lib. 4. Quod Episcopus compulſus ad Episcopatum, non poteſt ſe excuſare, dicens. Nunquid ego accurri ad hoc miniſterium? ſicut neq; Sauli illa poterat prodeſſe excuſatio, ſi dixiſſet Samueli. Quare deus me conſtituit regem? quare credidit mihi belum aduerſus Amalechitas? Si mãſiſſe in vita mea priuata, non incidiſſem in has moleſtias & pericula, neque peccarẽ. Hæc ſi dixiſſet, non ſolum non ſe excuſaſſet: ſed magis iram Dei aduerſum ſe irritaſſet. Oportet enim

enim etiam sic compulsus, vti gratia Dei ad maiorum virtutū profectum. Velle autē benignitatē Dei authorem facere criminū suorum, est hominum impiorum, ac eorum quorū vita in ignauia & fœcordia versatur. Sic Moyses quantuncumq; recusauerit præfecturam, tamen non est consecutus veniam vt intraret in terram promissionis. Et post tot labores toleratos in pelago illius deserti, non est permissus frui portu.

¶ Ibi. lib. 6. Quod Episcopus sit diligentissimus in excusando se, ac defendendo famam suā, quādo de illo malè loquūtur, aut suspiçatur, aut suspicati sint: cū Apostolus etiā cōtra suspitionē furti se munierit. 2. ad Cor. 8.

¶ Thaulerus in Ser. Ego sum pastor bonus. Mercenarij (ait) sunt, & in summis versantur periculis, prælati, qui aliud intendunt & quærunt, q; pure Dei gloriam & salutem animarum. Certè sese plangerent die ac nocte & tabescerent præ dolore, si exploratum haberēt quā districto iudici rationē sunt reddituri de qualibet anima, & de causis & negotijs omnibus sibi cōmissis. Certe (ait) tempestate hac fungi officio pastorali (modo illi digne velis satisfacere) grādis cruciatus est, & crux penè intolerabilis. Nihilq; illam tolerabilem potest reddere, nisi magnus amor illius

*Chrysost.*

*Thaule.*

illius qui pro nobis sustinuit Crucem. &c. Offitio autem suo facit satis, si id quod faciendum est meliori modo exequitur, quantum sibi constare potest, licet alioquin rectius fieri posset. Cōmunis sit & affabilis tam amicis quam inimicis, hoc enim magnam pacē parit, suauiter serius erit, & potius ex amore quā ex timore præcipiet, vbi mordere nō licet, saltem latratus quosdam dabit. Si nō potest promouere subditos ad vitam sanctam, saltem hoc omnino conetur: ne virtus decrescat, & malitia sub ipso vires sūmat & incrementum. Doceat potius exemplis quam verbis, patienter ferat cum Salvatore dicta sua & facta calumniose interpretari: & ab his sustinere mala, quibus maxime studet benefacere: neq; speret, neq; velit omnibus placere, alioquin sæpe Deo displicebit.

¶ Do ego consilium omnibus in quacumq; prælatione cōstitutis, vt semper in ima siue fundum humilitatis sese demittant, nihilq; suum ob oculos habeant, omnem superbiam deuitent. Cum aliquem reprehendere volunt, sese prius reprehendant: & quantum fieri potest malum studeant vincere in bono: non enim Sathanas Sathanam expellit. Sic ex corde māsueti mitia & dura verba proferant, prout res ipsa & causæ exigere videbuntur.

buntur. Qualibet die sæpius quidem, specialiter vero duabus vicibus sese intro recipient, mane scilicet & vesperi, & tunc semotis paulisper & a memoria exclusis omnibus rebus & negotijs temporalibus, sese coram se statuent: menteq; in Deum subleuata, omnia aduersa & graua de illius suscipient manu, illi offerent, pro eius amore sustinebunt: ac per ipsum deniq; vincent. Et hoc facient amabiliter, dulcia cū Deo colloquia miscendo, & suum in illo recreando spiritum. Hoc modo sub vna hora integrum diem, imo plurimos dies poterunt recuperare. Hæc omnia Thaulerus. Et subiungit. Vera enim perfectio non in consolationum affluentia sita est, sed in voluntatis integra resignatione in voluntatem Dei, ad omnia tam amara quam dulcia ferenda. In hoc enim statu melior est ariditas mentis, quam extra hunc profusa suauitas. Qui igitur ad onus pastorale vocatus est a Deo, ipsum æquanimiter ferat, & diligenter faciat quod in se est, hoc secum cogitans, quod si hoc onus non esset sibi impositum, alia fortassis peiora onera ei accidissent, & certus sit quod Dominus Deus (cuius gloriam quærit, & qui hoc onus illi imposuit) potest, & vult ei prouidere, & in suã

suam gloriam dirigere. Hæc ille. Igitur cum angustie, scrupuli, cor vndiq; premunt ob negotiorum tumultu ac perplexitatem, mox toto conatu introuertere, & resigna teipsum in Dominum: & de manu illius suscipe omnes illas anxietates ac mentis ariditates, gratias ei agendo.

¶ **Secunda operis pars: in** qua-  
tum Sanctorum patrum testimonijs, tum ve-  
ro perspicuis rōnibus, omnia Episcoporum  
aliorumq; prelatorum officia explicantur.

Quæ vero ab authore hic traduntur, tam  
sūt notatu digna, atq; cum Euange-  
licæ perfectionis institutis cō-  
uenientia, vt singulari  
quodam Spiritus  
sancti afflatu di-  
ctata esse vi-  
deantur.

¶ **Sollicitudo & occupatio quæ**  
sit digna Episcopo, & quæ indigna.

Cap. I.

Quid



Vid Episcopo turpius, quã  
incumbere supellectili, &  
substãtiole suę, scrutari om  
nia, sciscitari de omnibus,  
morderi suspitionibus, mo  
ueri ad quęq; perdita, vel  
neglecta. Ad verecundiam

*Ber. lib.  
4. de con  
fide.*

dico quorundam scrutantium quotidie sub  
stantiam suam, numerantium singula, de mi  
nutis, & quadrantibus exigentium rationẽ.  
Ille gentilis Ægyptius ignorabat quid habe  
ret in domo sua omnibus traditis Ioseph ser  
uo & alieniginæ. Et christianus, & Episco  
pus, non audet credere bona sua christiano?  
Facile inueniunt Episcopi cui cõcredant a  
nimas Christi sanguine redemptas, non au  
tem cui concredant facultatulas suas. Opti  
mi æstimatores rerum, qui magnam de mi  
nimis, paruum aut nullam de maximis curã  
gerunt. Liquido datur intelligi, quod patien  
tius ferimus iacturas Christi, quã nostras: de  
trimenta gregis Dominici nescimus, expen  
sas autem nostras quotidie scrutamur, tracta  
mus cum ministris de prætijs escarum: vix  
autem loquimur cum præbiteris de pecca  
tis populorum. Tunc ad singulas supputatio  
nes irascuntur, vrũtur, vexantur, anxiantur.  
O quam tolerabilius rerũ, quã mentium sus  
tine.

Secunda pars

tinemus iacturam. Si potest torrens in agros  
excurrere, sine læsione fatorum, & tute ista  
sine vulnere mentis posse tractare confidi-  
to. Omnibus ergo modis (ait) consulo a te  
auertere cōcursum horum, multa nescias,  
plurima dissimules, nonnulla obliuiscaris.

*Ber. lib.*  
*4. de con*  
*sider.*

¶ Studeas scire mores & studia familiarium  
tuorum: non decet vt vitia domus tuæ vlti-  
mus scias, quod quàm plurimis nouimus cō-  
tigisse. Alius alia dispenset, tu de disciplina  
prouide. Illud nemini credas, si insolentior  
coram te vel sermo sonuerit, vel habitus ap-  
paruerit: manus tua super huiusmodi: vlcis-  
cere iniuriam tuam, impunitas ausum parit,  
ausus excessum. Domum Episcopi decet  
sanctitudo, honestas in vultu, incessu, habi-  
tu. &c. Discant a te coepiscopi comatulos  
pueros & comptos adolescentes secum non  
habere: certe inter mitratos discurrere cala-  
mistratos non decet.

¶ Maxime conuenit, vt familiares Episcopi  
sint viri spirituales: nam vt dicit Gregorius  
super Ezechielē. Qui sanctis adhæret, ex assi-  
duitate visionis, locutionis, exemplo operis,  
accipit vnde accendatur in Deum, vitia fu-  
giat, minusq; sentiuntur labores virtutis: sci-  
unt enim illi compati, sciunt gaudere cum  
gaudentibus, flere cum flētibus, libenterq;  
susti-

sustinent penuriam temporalium.

¶ Vitā Episcopi describit Bonif. 8. vt habetur in Clement. dudū de sepulturis in hūc modū. Quasi torrēs in alueum amplū, sic cōfluūt vndiq; negotia ardua & plurima in cor Episcopi, quibus pręgrauatur, curis innumeris excitatur, cogitationibus plurimis distrahitur, ad hoc tantum, vt nomen diuinum exaltetur, catholica fides pmoueat, animæ proficiant, vt radicibus vepribus dissidiorum ac litigiorum euulsis, vigeat tranquillitas pacis, feruor charitatis exæstuet, inualescat cōcordiæ vnitas. &c.

¶ Quāuis vita cōtēplatiuorū pura, sit dulcior & foelicio, tamē vita prælatorū est fortior & vtilior, quorū est sensus suos ac omnia terrena quasi quasdā diuinas opes ad beneplacitū Dei dispensare. Et quia attentio habet multos gradus, quando audis negotia, solū illum gradū attētionis accōmoda, qui requiritur & sufficit ad ipsum, semper reseruata (saltem) parte cordis Deo. Vñ Greg. in Past. arguit platos qui imprudēter mētē diuertuūt ac cōfūdūt per diuersa: quo fit (ait) vt a timoris intimi soliditate vacuetur mēs, & sit in dispositione exteriorū sollicita: & sui solūmodo ignara, scit cogitare multa, se nesciēs. Nā (inquit) cū plusquā necesse est in exterioribus se im-

*Bernar.*

pli-

Secunda pars.

2. p. c. 7. plicat, quasi occupata in itinere, obliuiscitur quo tendebat: ita ut studio suæ inquisitionis alienata, ne ipsa quidem quæ patitur damna consideret, & per quanta delinquat, ignoret. Et tamen dicit idem Grego. quod quidam pastores delectantur externis negotijs, & laborem putant cessare ab eis, quia ipsa quiete maxime fatigantur.

¶ Apostolus qui dicebat, sollicitudo omnium Ecclesiarum incumbit mihi, volabat cæleriter ad Ecclesijs, vt occurrentibus necessitatibus consuleret. Sic ergo oportet apostolicum Episcopum sæpe ad varias ecclesijs diuertere, vt occurrat casibus & scandalis, quæ non nisi eo presente possunt commode tractari. Hoc est proprium pastoralis curæ: quia omnes sunt oues ei creditæ. Neq; audiendæ sunt voces eorum qui dicunt, tot discursus authoritatem officij obfuscare, sufficere autē vt aliquibus tale onus cōmittatur. Nihil enim aliud moliuntur hi, quā vt authoritatē psonæ illibatā seruēt, cōmoditate animarū neglecta. Memento quia charitas nō est ambitiosa, neq; fastuosa. Animaduerte te quod discipulus es illius, qui non venit ministrari sed ministrare, & discurrere per ciuitates & castella ad quærendas animas: pro nihilo ducēs in huiusmodi discursibus, aut cæteris san  
Et is

Et laboribus perdere vitam, salutem, honorem, famam. &c. dum tamen consummaret opus quod ei a patre iniunctum est.

¶ Gregor. sic exhortatur episcopos. *Epistola*  
 at cor nostrum terrenorum pastorum imi- *33. lib. 2.*  
 tatione succendere, qui hyemales noctes im-  
 bribus geluq; constricti ducunt per vigili-  
 as: ne vel vna ovis, & forte non utilis, pereat.  
 Quam si insidiator ore mordaci momorde-  
 rit, quomodo satagunt, quibus cordis anhe-  
 lant æstibus, in quas voces (vt eruant captū  
 pecus) angustia stimulante prosiliunt: ne a  
 Domino gregis exigatur quicquid per incu-  
 riam perierit. Sic ergo nos vocibus diuino-  
 rum eloquiorum periclitantes oues ad gre-  
 gem reducamus. &c.

¶ Ibidē Peto (ait) vt mihi ignoscas, quod *Cap. 102.*  
 Epistolis tuis sub breuitate respondeo: quia  
 tantis tribulationibus premor, vt mihi neq;  
 legere, neq; per Epistolas multa loqui liceat.  
 Hoc solum tibi breuiter dico: quia oblitus  
 sum comedere panem meum a voce gemitus  
 mei.

¶ Cum turbæ negotiorum in te irruerint,  
 vt suis necessitatibus consulas, ne torquea-  
 ris: sed paternum expande sinum: memorans  
 illud. Cum turbæ irruerent in Iesum. &c. Et  
 eum tūc anxiaris desiderio quietis, recorda-

Secunda pars

re verborū Berna. serm. 53. super Cant. sic dicentis. Is qui alijs præest in solitudine, vix vnquam vel raro secure vacat sibi: dum semper timet sui penuriam facere subditis, & nõ placere Deo, quod cõmuni vtilitati propriã præfert quietẽ, & contẽplationis dulcedinẽ.

¶ Præcipua Episcopi sollicitudo esse debet circa collationem beneficiorum curatorum. Ideo præ oculis habeat illud Apostoli, Testificor coram Deo & Christo Iesu, & electis angelis, vt hæc custodias, sine præiudicio (.i. sine præiudicio) nihil faciens in alterã partem declinando (.i. nihil agẽs præcipitanter) Manus cito nemini imposueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Ideo vacante beneficio orandum est, Ostende Dñe quem elegeris. &c. Tu Dñe nosti quod in hac distributione ego prorsus nolo attendere ad carnem, & sanguinem, sed eligere ministrũ tibi fidelem, & medicum vtilem animabus tuo sanguine redemptis. Ad hoc etiam animaduerte, quomodo Luc. 6. pernoctauit Dominus in oratione, & mane elegit Apostolos.

¶ O miserandã multorũ Episcoporũ incuriam per suã Diocesim peragrantiũ, & aspicientiũ ouilia sua cõmissa lupis, hospitalia sua cõmissa homicidis (.i. parochias cõmissas re-  
cto.

etoribus ignoratibus & carnalibus: quos vel non possit amouere, vel non habet alios quos loco illorum sufficiat) si transendo, hæc absque lacrimis & intimis gemitibus intuentur. Igitur huic tanto morbo in primis omnino ratione occurrendum est. Sed heu o cæcitatem & insensibilitatem nostram (ait Augustinus.) quod sola insolita exhorrescimus, solita vero (etiam si magna crimina sint) non solum non exhorrescimus, sed etiam aliquando committimus: quo fit ut aliquando curam animarum minus idoneis ministris commendemus, non alia ratione, nisi quia sic soleat fieri.

¶ Augustinus. Nouerit dilectio vestra nunquam me fuisse absentem ab Ecclesia mea licentiosa libertate, sed necessaria seruitute: quæ sæpe sanctos fratres & collegas meos etiam labores marinos & transmarinos copulit sustinere. Tres autem causæ possunt excusare pastorem a residetia (ut dicebant Patres in Concilio Tricensimo.) prima. scilicet obediencia superioris vocantis, secunda, uirgens necessitas: quia ob ægritudinem cogitur aliquando mutare aerem: vel quia eius persona queritur a persecutore. Tertia, uirgens charitas. scilicet ut subueniat alteri Ecclesie, vel regno: quod ad tempus magis eget eius ope quam sua Ecclesia.

¶ Non te fallant allegantes Cap. De multa, de Præb. quod male intellectum, multa

Augu.  
Epi. 138.

In jol  
episcopos  
in h. regne  
m.

53  
 tos in gehennam præcipitavit. Non enim Pontifex in hac parte præcipuam rationem habuit personarum litteratarū vel nobiliū: neq; potuit habere, sed ipsarum Ecclesiarū. Et ideo tunc solum dispensare intendebat, quando persona docta est talis, quod plus creditur profutura duabus Ecclesijs exemplo ac doctrina, quam si duabus alijs personis crederetur: quia. s. plus pderit Ecclesiæ manens ibi ad .6. mēses, quā alius manēs per totum annum. Quod si ex sua sciētia vel nobilitate nullum commodum reportat Ecclesia, vel minimum, quia videlicet nō residet, aut non vigilat, aut nō dat elemosinas, quare in detrimentum Ecclesiarum ditabitur ille. Nonne pastor est propter bonum Ecclesiæ, & nō Ecclesia ppter pastorem? Ecclesia enim non est danda clerico propter bonum clerici, sed propter bonum ipsius Ecclesiæ: sicut cōmittitur hospitale medico, non per bonum medici (quamuis ipse id consequatur) sed propter vtilitatem hospitalis. Si sic ergo est, quomodo datur Ecclesia illi de quo spes nō est quod residebit, aut vtilis erit Ecclesiæ? Non ergo danda est Ecclesia alicui quia doctissimus, aut quia sanctissimus est, aut quia multum seruiuit Ecclesiæ Matrīci, sed qui creditur optime seruiturus Ecclesiæ  
 quæ

quæ illi comittitur: quemadmodum stipendium taxatum medico huius hospitalis, nõ est dandum alicui, quia optime seruiuit alijs hospitalibus. Merita enim præcedentia possunt esse causa motiua ad dandum huic (quatenus ex illis conijcitur ipsum vtilem futurum huic Ecclesiæ) non tamen finalis: finis enim est dumtaxat fructus expectatus in futurum: quia non datur beneficium nisi propter officium. Non enim Ecclesia beneficia eorumq; stipendia sunt instituta ad remunerationem bonorum, sed dumtaxat ad Ecclesiarum seruitium. Quod late probat Soto lib. 3. de iure & iusti. q. 6. Vnde radix iniquitatis ac cæcitatibus multorum in distributione beneficiorum est, quod cum conferunt beneficia, præcipue intendunt provide ac benefacere personis quibus ea cõferunt: non autem Ecclesijs: cum primo considerare deberet quid magis expedit Ecclesijs atq; saluti ouium, & iuxta hanc normam provide.

¶ Quam diligenter Gregor. ex omnibus partibus mundi bonos clericos quæreret, vt eis beneficia conferret, vide Epistolam. 18. 2. lib. Vbi quia audierat Syracusis esse quendam præbiterum probatæ vitæ, iubet Episcopo ut explorato an ita esset, curet statim eum

Secunda pars

Romam mittere, vt cum creet Episcopum a  
licuius Ecclesiæ. Idem Epistola. 26.

Greg.  
Epi. 19.

¶ Et ibi Epistola. 19. iniungens cuidam Epif-  
copo vt intersit electioni Episcopi alterius  
ciuitatis, sic dicit. Cōmonemus etiā fraterni-  
tatē vestrā, vt nullū de altera eligi permittas  
Ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius ciui-  
tatis nullus ad Episcopatū dignus (quod eue-  
nire nō credimus) potuerit inueniri. Et pro-  
uide ante omnia, ne ad hoc laycæ personæ  
cuiuslibet conuersationis vel meriti aspirare  
præsumāt. Tu ergo qui Episcopi munus ad-  
ministras, exēplo hoc explora diligēter per  
totā diocesim tuam clericos probatæ vitæ,  
vt illis in primis conferas beneficia.

Bernar.  
Epi. 152.

¶ Bern. Insolentia clericorum (cuius mater  
est negligentia Episcoporum) turbat totam  
Ecclesiā: dant Episcopi factū canibus (i. or-  
dines & beneficia) & margaritas porcis. Et  
illi conuersi conculcāt eas. Merito quales fo-  
uent, tales sustinēt. Clerici locupletātur alie-  
nis laboribus & p̄dit quasi ex adipe iniqui-  
tas illorū. Mēs quippe assueta delitijs, nec ex-  
cultā disciplinæ sarculo, multas cōtrahit sor-  
des. Porro inueteratā rubiginē si tētes abra-  
dere, nec sūmis saltem digitis contingi patiē-  
tur: sed sicut scriptum est, Incrassatus est di-  
lectus, & recalcitrauit.

Ingratus  
curator

¶ Idē

¶ Idem scribens ad Papam Innocentiũ egre  
 gie deplorat hodierna mala .s. quod ipse in-  
 terim sũmus Põtifex nõ pmittit Episcopos  
 exercere officia sua: nã recte gesta ab eis, def-  
 truit: & iuste destructã statuit. Non possunt  
 Episcopi castigare crimina in sua Diocesi:  
 quia mox refertur causa ad curiã: & oēs cri-  
 minosi tã de populo, quã de clero, quã de mo-  
 nasterijs currũt ad Põtificẽ: & redeũtes iactãt  
 se obtinuisse tutores: quos magis vltiores sen-  
 sisse debuerãt. Quo fit vt iustitia in Ecclesia  
 pereat, clauis Ecclesiæ annullentur, Episco-  
 palis autoritas vilescat. &c.

Berna.  
 Epi. 178.

¶ Ber. Boni pastores dormientibus subditis,  
 ibi puigilãt, tanquã rationẽ pro animabus eo-  
 rũ reddituri: pernoctãt in orationibus, hosti-  
 um insidias sagaciter explorãt, anticipãt cõsi-  
 lia malignãtiũ, deprehẽdũt laqueos, cor suũ  
 tradũt ad vigilãdũ diluculo ad Deũ qui fe-  
 cit illos: cognoscẽtes suã insufficiẽtiã in cu-  
 stodienda ciuitate. Igitur (ait) quicũq; opus  
 ministerij huius fortiti estis, attẽdite vobis,  
 & prætioso deposito quod vobis creditum  
 est. Ciuitas est, vigilate ad custodiam concor-  
 diamq;: spõsa est, studete ornati: oues sunt,  
 intendite pastui.

Berna.  
 serm. 76  
 sũ. cant.

¶ Attende diligentissime quia dies vna Epif-  
 copi æquiualeat multis diebus priuatæ psonæ,

Secunda pars

ad negotia Dei peragenda. Ideo valde debet sollicitus esse, ne dies frustra elabantur: illud Eccle. 14. ad mentē reuocans. Non frauderis a die bono, & particula diei bonæ non te prætereat.

*infirmitas*  
*B*  
¶ Quid remedij ne curarum ac negotiorum turba tam valide portam cordis irrumpat, & orationis ac sanctæ vnionis quietem perturbet? Primo, abducere cor a sensuali creaturarum amore. Tolle amores, & curæ non perturbabunt. Non ames, nec optes aliquid nisi in Deo, & propter Deū: & non te vexabūt curæ, neq; a Deo auertēt. secūdo, iacta fidualiter cogitatum tuum in Domino: imitare Susannam illam, quæ etiā in ipso articulo mortis adhuc habebat in Domino fiduciam. O quam certus adiutor est Deus, omnibus qui in ipsius protectione vere & ex toto corde confidunt.

*Ber. ser.*  
*39 su. cā.*  
¶ Propriū est mollis & delicatæ animæ etiā necessarias dissimulare curas, & ne æstuantētes sollicitudines sentiet, sub latibulo dissimulationis abscondi.

*Berna. in*  
*serm. de*  
*fallacia*  
*presc. vi.*

¶ Quid in incertum tibi numeras dies & annos laborum? Transit hora, transit & pœna: neq; accedunt sibi dies & labores, sed cedūt potius & succedūt. Guttatim pœna bibitur, liquando summitur, per minutias trāsīt: nō sic

fic remuneratio, sed tota simul veniet: torrens  
 est voluptatis, & fluminis imperus innūdās  
 lætitiā & gloriā. Æternum (ait Apосто-  
 lus) gloriæ pondus. Vide quia ipsamet glo-  
 ria promittitur, non gloriosa domus aut ve-  
 stis, sed ipsa gloria. &c. In momentaneo tri-  
 bulationis nostræ latet æternum gloriæ pon-  
 dus, sicut fructus in semine. Et pōdera quod  
 ille qui dicit, Delitiæ meæ esse, cum filiis ho-  
 minum, dicit, Cū ipso sum in tribulatione,  
 Et, Prope est Dominus his qui tribulato sūt  
 corde: tunc est nobis Emanuel: tunc dicitur  
 nobis sicut Virgini, Dominus tecum. Bonū  
 est mihi Domine tribulari, dūmodo sis me-  
 cum, quam regnare & epulari sine te: malo  
 te habere mecum in carino ignis, quam esse  
 sine te vel in cœlo. Vide Bernar. vlt. Sermo:  
 super Qui habitat.

¶ Idem. Homo natus est ad labores & dolo-  
 res (quoniam tu laborē & dolorem confide-  
 ras) labor in actionibus, dolor in passionibus  
 est. Ad vtrumq; se paratum dicebat David,  
 paratum ad labores actionum cum dicebat,  
 Paratus sum, & non sum turbatus, vt custo-  
 diam mandata tua: ad dolores vero passionū  
 dicens, Ego in flagella paratus sum. Nemo  
 ex filiis Adæ viuit sine labore & sine dolore:  
 neq; illi de quibus Propheta dicit. In labore

ho-

~~meditatio~~ quo  
 adie,

Ber. t. I.  
 fol. 164.

Secunda pars

hominum non sunt: & cum hominibus non flagellabuntur: nam sequitur. Tenuit eos superbia (grauis enim labor est superbia) operati sunt iniquitate & impietate sua: & hæc grauia flagella sunt: quia non est gaudere impijs dicit Dominus. Quod si neq; laboris anxietatem, neq; flagelli sentiant læsionem, ipsa iam insensibilitas vehemētiam indicat passionis. Sudat pauper in opere foris, anxius laborat diues in cogitatione intus. Igitur (inquit) teneamus obedientiam in laboribus, patientiam in doloribus. Sciant gentes quoniam homines sunt. i. nati ad labores actionum, & dolores passionum.

¶ Nulla maior seruitus (ait quidam) quam eorum qui præsumunt in solitudine: qualis fuit ille qui dicit. Cū essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem: qui non leuiter affligebatur animo, cū quotidie eū vrgeret præmeretq; solitudo omnium Ecclesiarū: ita vt clamaret. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vrar? i. quis est qui aliqua tribulatione prematur, cum quo ego etiam non tribuler per intimam compassionem? Et quis est qui spiritualiter ruat in culpā, aut saltem cui de tur occasio ruinæ, quod ego corde non vrar?

¶ In Augu. super illa verba Isaiæ. Clama, ne cesses. &c. habes terrifica quædã de periculo prælatorũ. In grandi (ait) periculo sunt Episcopi, & alij rectores Ecclesiarum ob multa: specialiter autẽ quia præcipit illis Dominus quod libere arguant vitia, dicens. Clama ne cesses. Et Apostolus dicit, quod Episcopus debet esse potens in doctrina sana, ad redarguendum contradicentes. Orate pro nobis, vt Dominus liberet nos a laqueo venantiũ, & a verbo aspero. Nulla enim causa facit dispensatorem verbi Dei pigriorem ad arguendos contradicentes, quam timor verbi asperi. Dum enim timemus detractiones, irrisiones, opprobria hominum superborũ, aut ab eis lædi posse bona nostra temporalia, minus quã oportet prædicamus æterna: & manent vulnera sine medicina: de quibus tñ rōnẽ sumus reddituri. Cōtradicētes autẽ hic dicuntur, non solum qui verbo, sed etiam qui male viuendo nobis contradicunt.

¶ Pastor circa oues debet assimilari gallinæ circa pullos: quia vt dicit Aug. super psalm. 58. Gallina super omnes aues materna charitate circa pullos sollicitatur: ita vt tota ægro tet ex labore, raucescit vox, fit hispidum totum corpus, demittuntur alæ, laxantur plumæ. &c. Igitur omni conatu contendat

Aug. lib.  
50. bo. 7  
sup. Isai.  
58. cap.

Secunda pars

dat Episcopus esse illa Euangelica gallina, sollicita & anxia vt sub alas colligat foueatq; pullos suos. Eius est satagere, moliri, in omnia se vertere, quotiens affulget spes aliqua pertrahendi hominem ad Christum, submittendo se, ac vocem cum Paulo cōmutando, vndequaq; occasiones arripiendo excitandę ppagadęq; pietati: vbicumq; vero senserit aliquam bonę mentis scintillam, ibi debet residere: omnibus prōpte, mansuete, blādeq; respondeat mulierculę, plebeio, pagano, hæretico. &c.

¶ Ioannes Baptista dixit, quod nihil aliud erat quam vox, in eo videlicet sensu quo dictum est cuidam apud Terentium. Tu quantus quantus es, totus es sapientia. Sic Episcopus, quantus quantus est, vox est. i. nullum aliud ei incumbit officium, nisi clamare præconia Christi. Episcopus ergo totus debet esse vox ad gloriam Dei, & salutem populorum: hoc præcipuum eius munus: sicut dicimus de homine pusillo statura, habente magnam vocem: hic totus est vox. Et in fabulis habetur, quod cum lupus ex voce putaret philomenam esse aliquid magnum, & tangēs eam, paruulum corpusculum inuenisset, dixit, Tu tota es vox, & ideo nihil es. Simus ergo philomenę Dei, & nihil p̄terea nisi

*ep̄st̄o p̄p̄i =  
lomena dei*

nisi vox Dei. Contemnat nos mundus vt ab  
iectos & fere nullos in corpore: hoc est in re  
bus corporalibus: dūmodo in totum simus  
vox Dei, & nihil aliud. Vnde & Euangeliū  
potius voci cōmissum est, quam scripto: lex  
vero scribitur in lapidibus: Christus autem  
nihil scripsit, sed dumtaxat voce docuit. Et  
Apostoli pauca scripserunt: quia in voce est  
energia & libera effusio in oēs aures, etiā vul  
gares. Iō debemus esse cōtinua q̄dā tuba dei.

¶ Alia sunt negotia sæcularia, alia Ecclesiasti  
ca. Nonne Moyses in sæculo erat, cum cre  
bro tabernaculum intraret & exiret? Qui in  
tus contemplatione raptus, foris infirman  
tiū negotijs vrgebatur: intus Dei arcana con  
siderans, foris onera carnaliū portabat. Sic  
Paulus: sic etiam Episcopus debet facere.

¶ Quia prælatis nimium occupatis multa cō  
tra veritatem subrepunt, ideo dicit Bernar.  
Innocent. Papæ. Hic vigilet oculus pietatis  
vestræ, & semotis paulisper occupationibus  
consideret quantum subreptum sit ei.

¶ Bernar. considerans scandala sui temporis,  
præsertim quando insurrexit in Gallia Pe  
trus Abailardus hæreticus, dicebat. Vellem  
modo de medio fieri, victus fateor a pusil  
lanimitate spiritus & tempestate. Sancti cu  
piebant dissolui desiderio videndi Deum,  
ego

*euangeliū  
semper deb  
et a  
ore sac  
re  
111*

*1. tom. cō  
ci. f. 224.*

*Bernar.  
Epi. 179.*

*Bernar.  
Epi. 189.*

Secunda pars

ego autem compellor exire scandalis & erūnis. Et quamuis afficiar mortis desiderio, ve reor tamen ne non paratus inueniar: tædet me vitæ meæ, & an mori expediat nescio.

Augu.  
Epi. 70.

¶ Solent dicere homines in amplo statu constituti. Non possum sectari vitam spiritualē, tot necessitatibus implicatus: quibus respondet August. Necessitates seculi finiuntur, quādo cupiditates vincuntur. Quot autē occupationibus ipse tenebatur, habes Epist. 158. vbi sic dicit. Inter acervos occupationū quibus nos alienæ vel cupiditates, vel necessitates angariatos trahūt, vix paululum spatij datur dictandi.

Act. 20.

Chrisost.  
de Episc.

¶ Heu quantum distamus ab officio nostro, quod est, non solum publice concionari, sed etiā priuatim per domos singulos delinquētes cum lachrymis monere, vt Pau. testatur se fecisse.

Augu.  
Epi. 156

Chrisost.  
se. de. sac.

¶ Cogimur videri hominibus onerosi, graues, & iniocundi: quia non possumus esse vtiles oblectando, sed mordēdo. Nā (vt ait Augu.) phrenetici nolūt ligari, & lethargici nolunt excitari: ad quod tamen cogit charitas.

¶ Tantum diligit ac curat Christus pastorale officium, vt dicat. Si diligis me, palce oues meas. i. hoc est in quo mihi summe placere potes, si eos qui me offenderunt, mihi recōcilies

*nota ratione ob qua  
xpi sanguine sudis*

lies: ob hoc enim ego sanguinem fudi. ¶ Quā-  
 tum vero torqueri debeat, quando subditi  
 peccāt, habes verba eiusdem Chriftost. Quan-  
 do (inquit) aliquos vestrum peccare contin-  
 git, emoriar, nisi videor similis dolore exani-  
 matis, nisi attonitus, ita vt etiam ipsum lu-  
 men oculorum meorum non sit mecum: nā  
 quæ spes mihi, si vos non proficiatis?

¶ Non solum circa mores, sed etiam circa ve-  
 stes clericorum debet sollicitari Episcopus,  
 vt dicit Bernar. Episto. 30. ad Eugen. quia de-  
 formis vestis, deformitatis mentium & mo-  
 rum inditium est. Et infra. O impunitatem,  
 incuriæ sobolem, trasgressionum nutricem:  
 quando luximus aut clericum priuatum be-  
 neficio, aut Episcopum suspensum ab offi-  
 cio?

¶ Rumpor quidem curis & sollicitudinibus  
 propter vos: at isti dolores suaues sunt: vt po-  
 te similes doloribus & curis quas matres pro  
 filijs habēt: nā gaudet & lætatur super curis  
 suis. Quamuis. n. cura sit amara, tamen qñ im-  
 pēditur pro filijs, multum habet voluptatis.

¶ Ibidem rogat omnes, vt si quis habet que-  
 relam cōtra ipsum, accedat ad ipsum, vt aut  
 ipse se excuset, aut vt emendet: quia qui tan-  
 tam multitudinem gubernat, non potest nō  
 derelinquere in multis ex ignorantia.

¶ Vt

Chriftost.  
 hom. 3. in  
 acta.

Chriftost.  
 ad suos  
 subditos  
 ho. 4. in  
 secun. ad  
 Ithesalo.

Secunda pars

*Chrysost.  
hom. 15.  
i. ad Tbi.*

¶ **U**t quid dicit Apostolus, Oportet Episcopum esse doctorem, nisi ut doceat? Nec satis est quod doceat exemplo vitæ, imo oportet eum laborare in verbo & doctrina. Profecto si præsul non pollet gratia doctrinæ plurima Ecclesiasticæ disciplinæ, exempla peribunt. Quomodo enim lucerna, si non lucet? Profecto inseparabile est lucere a lucerna: tenetur ergo lucere quem Dominus voluit habere officium lucernæ. Et iterum, Tenetur in alto non sub modio manere, quia tenetur lucere omnibus qui in domo sunt. &c.

*Cap. 19.*

¶ **L**icet prædicandi studium primum debeat esse inter sollicitudines pastorales, non tamen omnino deserere debet Episcopus negotia causarum forensium, quibus sæpe premebantur sanctissimi viri. Ut enim dicit Posidonius in vita Augustini, aliquando Augustinus vsq; ad horam refectionis, aliquando tota die ieiunans vacabat audiendis & dirimendis causis christianorum: & inter diseredum de his, de diuinis rebus eos monebat: & ibi inuestigabat quantum quisq; proficeret aut deficeret in vita christiana. Peccatores coram omnibus arguebat. hanc tamen occupationem (tanquam a melioribus rebus distrahentem) velut angariam deputabat. Et alibi testatur, quod sæpe homines concurrerent

bāt ad ipsum, vt per eū causas suas dirimerēt  
de auro, de argento, de fundis, de pecoribus.  
Et lib. de opere Monachorum sic explicat  
mentem suam Monachis. Testé (ait) inuoco  
in animam meam Dominum Iesum, quod  
quantum attinet ad meum cōmodum, mul-  
to malle per singulos dies certis horis (quā-  
tum in bene moderatis monasterijs constitu-  
tum est) aliquid manibus operari, & cæteras  
horas habere ad legendum, & orandum, aut  
aliquid de diuinis literis agendum, liberas:  
quam tumultuosissimas perplexitates causa-  
rum alienarū pati de negotijs sæcularibus,  
vel iudicando dirimendis, vel interueniēdo  
præscindēdis. Et fero has molestias propter  
Apostolum, qui voluit quod etiam contem-  
ptibiles (qualis ego sum) terminarent has li-  
tes Christianorum, potius quam vt negotia  
Christianorum deferrentur in forum: quē-  
tamen laborem non sine consolatione Do-  
mini suscipimus pro spe vitæ æternæ, vt fru-  
ctum feramus cum tollerantia. Serui enim  
Ecclesiæ ipsius sumus, & maxime infirmiorū  
membroꝝ. Omitto alias innumerabiles  
ecclesiasticas curas: quas fortasse nemo ere-  
dit nisi qui expertus est. Hæc ille. Et ibidem  
dicit, quod Apostolus quia per varia loca dis-  
currebat ad prædicandum Euangeliū, nūquā

Secunda pars

legimus de eo quod aliquando intenderet his causis terminandis : & tamen christianis in loco residentibus hoc onus imposuit, etiã contemptibilibus, si deessent sapientes. Vide etiã. 3. cap. 6. lib. cõse. Vbi dicit Augu. quod Ambrosius iugiter erat circũdatus turba hominum negotiosorũ : quorũ infirmitatibus seruebat: adeo quod nunquam potuit illum inuenire solum & vacantem: vt posset cum illo communicare æstus suos.

Augu.  
Psal. 25.

¶ Augu. dicit, quod quando audiebat causã inter duos litigantes qui iudicem illum arbitrum faciebant, si sententia pro diuite ferebatur, pauper detrahebat ei dicens, Aliquid ab illo accepit, timui t offendere illum : fuit diuiti, & toruis oculis respicit iudicem post sententiam: Si autem sententia pro paupere contra diuitem lata esset, etiam detrahebat diues dicens. Oppressit iustitiam propter famã: timuit enim argui ne diceretur quod cõtra pauperem fecit. &c. Ibi habes quantum deferebant Principes iudicio Ecclesiã: nolabant enim quod appellaretur a sententijs Ecclesiã ad ipsos. &c.

¶ Ambro. super illud psalm. ( Deprecatus sum faciem tuam. &c. ) admonens non remisse agendum cum delinquentibus, ait. In ipsa Ecclesia ( vbi maxime misereri decet )  
de

debet quam maxime teneri forma iustitiæ,  
 ne quis a communionis cōsortio separatus,  
 breui lachrymula atq; ad tempus parata vel  
 etiam vberioribus fletibus, communionem  
 quam plurimis debet postulare temporibus,  
 facilitate sacerdotis extorqueat. Nōne cum  
 vni indulget indigno, plurimos facit ad pro-  
 lapsionis contagium prouocari? Facilitas  
 enim veniæ incentiuū tribuit delinquendi.  
 ¶ Vis in turbine negotiorum prædicare, &  
 solas diuinas scripturas meditari? Sēper tra-  
 cta cum negotiatoribus aliquid de ipsis  
 diuinis literis. Vnde Augustinus super  
 illud psalm. (Declinate a me maligni) dicit,  
 quod monebat negotiatores ad se venientes  
 dicens. Stulte hac nocte repetēt a te animam  
 tuam. &c. Et quædam alia.

¶ Bernar. pressus occupationibus sic ait. In-  
 fœlix ego homo, natus ad laborē, implumis  
 auicula, pene omni tempore nidulo exulās,  
 vento exposita & turbini: turbatus sum &  
 motus sum sicut ebrius: & omnis scientia  
 mea deuorata est. Fœlices vos quos abscon-  
 dit dñs in tabernaculo suo in die malorū: do-  
 nec trāseat iniquitas, sub vmbra alarū suarū.

¶ Chriſto. de oneribus Episcopalis vicæ, Aut  
 ego (ait) sum vehementer miser & infœlix,  
 aut animus Episcopi nihil differt a nauis

*Bernar.  
 Epist. 12.  
 ad Cart.*

*Chriſost.  
 hom. 3. in  
 acta.*

Secunda pars

quæ fluctibus iactatur: omnium enim onera  
 gestare debet. Alijs irascentibus datur venia,  
 ipsi vero nequaquam: alijs peccantibus supe-  
 rest excusatio, ipsi non: omnium linguis ex-  
 positus, omnium iudicijs obiectus, sapientũ  
 & insipientum: curis perpetuis obtunditur,  
 tum diurnis, tum nocturnis (loquor de illis  
 qui vigilant pro animabus, non de illis qui  
 ad negotium Episcopale tanquam ad quie-  
 tem venerunt) quis possit eloqui in dicendo  
 & docendo solitudinem? quis difficultatẽ  
 in electionibus? plus curarum habet Episco-  
 pus, quam Imperator orbis. Tantum interest  
 inter vnum & alium, quantum inter aquam  
 fluminis vento agitatam, & mare intume-  
 scens & insaniens: quoniã Imperator habet  
 plures qui adiuuant (eo quod legibus & mã-  
 datis omnia peraguntur) Episcopus vero ni-  
 hil tale: neq; licet ei ex autoritate præcipe-  
 re. Si vehementer commouetur, audit, cru-  
 delis est: si parum vehementer, audit, remi-  
 ssus, & frigidus est: cum tamen oporteat in  
 eo hæc duo contraria concurrere, vt neq; cõ-  
 temnatur, neq; odio habeatur. Multos velit  
 nolit cogitur offẽdere & obiurgare. Dicã qđ  
 sentio. Non arbitror inter sacerdotes mul-  
 tos esse qui salui fiant, sed multo plures qui  
 pereant. In causa est: quoniam res excelsum  
 requi

*quod d. d. d. d.  
 aduertat*

requirit animum: multas enim habet causas quæ depellant ipsum a suis moribus: & innumeris oculis illi opus est vndique: quod alij peccant, illi imputatur: nam si peccat præsbyter aut diaconus, omnium horum crimina redundât in caput eorû qui hos elegerût.

¶ Chriſoſt. ſuper illud. Si quis ſuorum curam non habet, &c. ſic dicit. Si quis aſpernatur propinquos genere atq; affinitate cõiunctos, quomodo erit in alienos clemens? Iudicio quippe omnium erit obnoxius, ſi alienos beneficijs fouens, propinquos ſumma immanitate deſpiciat. Dicent enim illum eſſe ſine affectione: & affert illud Iſaiæ. 58. Carnem tuam ne deſpexeris. i. cognatos tuos: Deus enim inſtituit vincula propinquitatis, vt tua ſubeffet occaſio nos mutuo diligendi, ac beneficijs confouendi.

¶ O quam forti patientiæ ſcuto, quanta animi conſtantia ſimul & benignitate pollere debet paſtor, qui iugiter atq; multipliciter linguis hominû vexatur, importunitatibus exponitur: ad quos cû ſe habeat tanquam ſignum ad ſagittas, viſcera tamen ac ſinû matris debet illis & oſtendere & expandere: ſûme cauens ne in eis exerceat, aut ſuper eos grauet ingenij ſui duritiam & aſperitatem (ſi ingenio ſit parum miti) cû potius expoſitus

Chriſoſt.  
hom. 14.  
1. ad Ti.

beneficijs  
vni propinquo

Secunda pars

fit vt omnium quamlibet aspera ingenia fe-  
rat, omnibus se aptando.

*Thaule.  
ser. in do-  
mi. infra  
Epiphan.*

Hoc summopere debet curare pastor, ne  
negotia atq; curæ seculares totum cor eius  
vinciāt, sed etiā in medio curarum conari  
debet ad libertatem animi, semper ad Deum  
diuinaq; omnia attendens & aspirans. Vt .n.  
dicit Thaulerus. Homo exercitatus ad hoc  
peruenire potest, vt nulla negotia, dicta, au-  
dita, facta, & quæuis occurrētia ipsum impe-  
dire possint a simplici Dei intuitu: quoniā in  
omnibus solū Deū diligit atq; intēdit. Et iō  
quantūcūq; absurdissima audiat vel videat,  
&c. celerrime ad Deū vertitur, sicut qui ali-  
quādiu in solē defixit oculos, quicquid dein-  
de aspexerit, solis ei speciē quandā represen-  
tat. Lege quæso Epistolā Bernar. 140. & vi-  
debis quibus huius mūdi negotijs sanctissi-  
mus ille Abbas se immiscebat: qui tamen iu-  
giter ardebat, & lumine cōtemplationis ful-  
gebat. Igitur in medijs procellis temporalium  
negotiorum, tunc vel maxime cor ad Deum  
leuandum est, ad implorandam opem eius,  
ad explicandas telas filiorum Adam: quas  
multis laboribus & viscerum doloribus te-  
xunt, immiscentes se infinitis ac friuolis que-  
stionibus, vt Sapiens deplorat. Cum aut per-  
senseris quod immodicis occupationibus ac  
nega

negotij caput debilitatur, cor induratur, & arefcit, protinus ad lectionem alicuius libri spiritualis confugas: quę semper ad manum habere debes: cuius attęta lectione discutias nubes phatasmatũ: ac tandę affectus tuus in Deum accendatur. Falsissimum enim est quod quidam aiunt, videlicet, quod cum occupationibus pastoralis officij non possit cõseruari feruor deuotionis. Nõne Sãctus Bonauentura in generalatu, Cardinalatu, Episcopatu eam seruauit? & multi alij?

¶ Quando post fastidium laboręq; plurimorũ negotiatorũ, alius superuenit, ablit quod eũ a te expellas, aut dure respõdeas, aut quouis gestu vel signo impatientiam & austeritatem ostentes: tunc enim maxime patientia & mãsuetudine armari debes. Hoc est enim virtutum exercitium.

¶ Inter pastorales curas præcipuum locũ hęc sollicitudo Diocesim visitãdi. Est. n. visitatio quasi aĩa Episcopalis regiminis, quoniã p eã pastor se diffudit & expãdit oĩum suarũ ouium commodis & vtilitatibus. Verus quippe Epũs dũ exit ad discurrendum per omnes parochias, est quasi sol egrediens ad illustrãdas terras: vt videlicet tres actus illos hierarchicos exerceat: qui sunt purgare, illuminare, & perficere. Procedit enim ad exhor-

Solij eficy tres

veniat  
episco  
p  
huc hinc  
folia  
y p p p

## Secunda pars

tādū, prædicādū, arguēdū, increpandū, sacro  
 chrysmate cōfirmādū, & vt exploret quomo  
 do sacramēta administrētur, quanta reueren  
 tia & munditia diuinum sacrificium cælebre  
 tur, deniq; ad consolandum omnes lugētes,  
 & egentes, tam spiritualibus quam tempo  
 ralibus commodis. Itaq; innumerabiles sunt  
 vtilitates quæ ex personali visitatione Epis  
 copi proueniunt: & inter alias nō parua est,  
 quod præsentia sua potest criminibus me  
 deri: quod non ita vtiliter & efficaciter  
 per visitatores fieri potest. Non enim so  
 lis dumtaxat excommunicationibus, crimi  
 nibus medendum est, aut pœnis alijs: sed po  
 tius verbis, autoritate, & charitate: obsecran  
 do & increpādō, & mille alijs modis quos ve  
 rus pastor & sponsus animarum excogitat:  
 amans gregem quasi sponsam: quam non ita  
 curat mercænarius visitator. Item sæpe sub  
 diti tam viri, quam fœminæ habent casus aut  
 reseruatos, aut periculosos: quos libenter &  
 fiducialiter communicant suo pastori, & nō  
 alijs. Habe igitur præ oculis verbum illud a  
 pud Luc. Misit (inquit) Dominus discipu  
 los suos in omnem ciuitatem & locum, quo  
 erat ipse venturus. Non sufficit igitur Episco  
 pum mittere probos viros ad illustrandas pa  
 rochias: sed oportet & ipsum ire.

¶ Grauitas simul & affabilitas,  
atq; suauitas a pastore seruanda.

Caput. II.




Ernar. Esto grauis, sed non *Bern. 4.*  
 austerus : non dissolutus, *de consf.*  
 neq; seuerus : sed interea  
 mediocritatē tene , vt neq;  
 de seueritate sis oneri, neq;  
 de familiaritate contemp-  
 ptui. Austeritas fugat infir-

miores, grauitas reprimat leuiore: in palatio  
 Papam, domi te Patrē familias exhibe: amēt  
 te domestici: si non, fac vt te timeant. Vtilis  
 est semper custodia oris, quæ tamen familia-  
 ritatis gratiam non excludat: ille conuenien-  
 tior habitus, si actū seuerus, vultu serenus,  
 verbo serius.

¶ Grego. docet, quod cum pastor a subditis *Greg.*  
 de aliquo reprehenditur, non debet ex pote- *Epi. 39.*  
 state respondere, sed cum mansuetudine &  
 trāquillitate reddere rationem facti: afferens  
 ad hoc factum illud Petri. Actuum. II. quan-  
 do arguentibus eum quia ingressus fuerat do-  
 mum Cornelij, humiliter respondit rōne red-  
 dita. Non enim dixit, ego sum pastor ves-  
 ter, scio quid facio. Si enim ( ait ) in que-  
 rēlla fideiū aliquid de sua potestate diceret,  
 profe-

profecto doctor mansuetudinis non fuisset. Debemus ergo reprehensores nostros humiliratione placare.



¶ Grego. Honorem meum (ait) non reputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Ideo Epūs honorē debet impendere sacerdotibus: alioquin iuste præsbyter poterit ei obijcere illud, Cur ego te habeam vt Principē, cū tu me non habeas vt Senatorem? 95. distin. Esto subiectus: nam qui contemnit, cōtēnitur: & frustra petit debitū, qui quod debet non impedit. Et nihil mirū si nō seruatur fides non seruanti eā. Igitur quāuis iusta autoritas & reuerētia sit necessaria, nō tamen te faciat reuerendū aut timendum factus, sed rigor iustitiæ: nō pōpa, sed grauitas & seueritas. Pauper culis ac simplicibus exhibe te facilem ac omnino accessibilem, imitatus Siluestrum Papam, de quo legitur, quod tanto vnūquēq; amplius honorabat, quanto factius eū viuere didicisset: nō attēdes ad fastū aut potētiā, sed ad morū elegātiā.

¶ Quantumcumq; iniqua vel non concedenda petantur, etiā ab indignis, non ideo dure aut aspere respondendū est, sed leniter: neq; tamen faciendum quod iniuste petitur. Omnis nāq; Euangelica perfectio (ait Caieta. Matthæ. II) reducitur ad studiū humilitatis & mā

& mansuetudinis. Per humilitatem expandimur diuinis gratijs & donis: per mansuetudinem vero expandimur proximis. Ideo Saluator ait, Discite a me quia mitis sum & h.c.

¶ Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, Et lingua gratiosa in bono homine abundat. Et ad Roma. 12. Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Et, Quę de sursum est sapientia, primum pudica, deinde pacifica est. Iacob. 3.

¶ De benignitate ac suauitate pastorum habes pulchra verba apud Ber. Caritas (inquit illę) patiens est, benigna est: patiens est, cum dissimulat, expectat, sustinet delinquentem: benigna est, quando trahit, adducit, & conuertit facit ab errore: Caritas benigna, etiã quos tolerat amat, & amat ardentem. Flet quippe caritas, sed ex amore, non ex mœrore: flet ex desiderio, flet cum flentibus. O bona mater caritas, quę siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit vniuersos. Cum te arguit, mitis est: cum tibi blanditur, simplex est: pie solet seruire, sine dolo mulcere: patienter nouit irasci, humiliter indignari, læsa non prouocat, spreta reuocat. Põdera quod de Dño dicitur  
Isai.

Secunda pars

Isai. 42. Non erit tristis neq; turbulentus: calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet.

Berna.  
serm. 23.  
su. cant.

¶ Bernar. de benignitate pastorum. Pastor (ait) bonus omnibus se cōformat, omnium in se transfert affectus: matrem se probat nō minus deficientium quam proficientium. Multos videmus qui quod crassum est & forte assumentes, quod debile est proijciunt. Nunquid medicus valentes requirit, & non potius ægotantes? Quos docebis Magister bone, si omnes indoctos repuleris? In quibus probabis tuam patientiam, si solos admiseris māsuētos, inquietos excluseris? Sciūt quippe boni: fidelesq; præpositi languētium sibi creditam curam animarum, non pōpā: cūq; internum murmur cuiuspiam illarum quærulæ vocis inditio deprehendunt, & in ipsos vsq; ad conuitia & contumelias prorumpentis, medicos se, non dominos agnoscentes, parant confestī contra phrenesim animæ nō vindictam, sed medicinam.

¶ Bonus prælatus sic debet esse humilis & affabilis, quod tamen eū subditi reuereātur. Pondera ad hoc quod Apostoli non sunt ausi quærere a Domino, quid aut cur loquebatur cum Samaritana. Et Ambrosiū diu dormientem iuxta altare, non audebant sui ex-  
cita

me di cap

A

citare. Et Iob, Videbant me (ait) iuuenes, & abscondebatur. Apostolus præterea (vt Grego. anotauit) alibi quidem dicit. Quandiu sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, ad Roma. II. Contra vero. 2. ad The. 2. Facti sumus (ait) paruuli in medio vestrum: ex quibus verbis exemplum dedit Episcopis, vt humilitatem teneamus in mente, & tamen nostri ordinis dignitatem seruemus in honore: quatenus nec in nobis humilitas timida, neq; erectio sit superba.

Gregori.  
Epi. 36.  
4. lib.

¶ Idem Grego. In tuis (ait) literis ex humilitate sermonis patuit cordis tui altitudo, ac tuæ mentis feruor: nisi enim prius in se facies ardeant, alios non succendunt. Vidimus enim qui literas tuas legimus, quanta charitate tua mens ardeat, qui sic alios accendisti. &c.

Gregori.  
Epi. 125.  
ad Lean.

¶ Cor Episcopi arca testamenti est: in quo manna dulce charitatis, sapientia legis, rectitudo iustitiæ in virga signata, continentur.

¶ Cauere debet praelatus a duris verbis (nisi quando necessitas disciplinæ ea dicere compellit) etiam ab his quæ forsitam sibi leuia videntur. Nam vt Bernardus ait. Quod tu leue puras, & ob hoc leuius præcipitas, plerumq; alius aliter accipit tanquam homo videns

Bernad.  
serm. 2. 9  
sup. Can.

## Secunda pars

dens in facie, & secundum faciem iudicans: paratus festucam trabem suspicari, & scintillam putare fornacem. Non enim est omnium charitas illa quæ omnia credit. Proni sunt autem sensus hominis & cogitationes ad malum potius suspicandum, quam ad bonum credendum: præsertim ubi disciplina silentij nec te (qui in causa es) excusare permittit, nec illum vulnus suspicionis aperire quod patitur, ut curetur. Ita vritur ille, & moritur clauso & letali vulnere, intra semetipsum gemens, dum totus in ira & disceptatione positus, nihil aliud silens versare in mente possit, nisi iniuriam quam accepit. Non potest orare, non potest legere, non sanctum aut spirituale aliquid meditari. Et ita intercepto vitali spiritu, dum suis destituta alimentis vadit ad mortem anima (pro qua Christus mortuus est) quid tu interim quæso animi habes? Quid oratio tua aut opus quodcumque interim feceris sapit tibi: contra quem nimirum Christus anxie clamat de pectore fratris tui quem contristasti: filius (inquiens) matris meæ pugnat contra me. Et, Qui simul mecum dulces capiebat cibos, replevit me amaritudine? Quod si dixeris illum non tam grauer pro tam leui causa debuisse turbari, respondeo. Quanto leuior est, tanto a te le-

leuius potuit non committi. Quamquam ne scio quod leue dicas (vt iam dixi) quicquid amplius est quam irasci: cum vel hoc ipsum obnoxium esse iudicio, ex ore ipsius accepere iudicis?

¶ Audiant hoc prælati, qui sibi commissis semper volunt esse formidini, vtilitati raro. Erudimini qui iudicatis terram. Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos. Studete magis amari, quam metui. Et si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica. Matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite feritatem, suspendite verbera, producite vbera, pectora lacte pinguescant, non typo turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggrauatis, quorum potius onera portare debetis? Cur mortuus a serpente paruulus fugit conscientiam sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat, tanquam ad sinum recurrere matris? Si spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: cōsiderās vnus quisq; seipsū, ne & ipse tēretur.

Berna.  
su. cant.  
serm. 23.

¶ Misericordia

# Misericordia & largitas

## Episcoporum.

### Cap. III.



E hoc habes notanda verba dist. 86. cap. Fratrem. Vbi sic habetur: Epūs largā habeat manum, necessitatem patientibus succur- rat, alienam inopiam su- am credat: quia si hoc non habet, in vacuum nomen Episcopi te- net. In ipsa autem libertate modus adhiben- dus est rerum & personarum: rerum inquā, vt non omnia vni, sed singulis quædā præ- stētur, vt pluribus prodesse possimus (iux- ta illud, Disperfit, dedit pauperibus) perso- narum vero, quia primo iustis debemus dare. &c.

¶ Et ibi cap. Non satis, & sequentibus expo- nuntur circumstantiæ quæ attendendæ sunt in executione liberalitatis. s. fides, causa, lo- cus, tempus, modus, necessitudo, ætas, debi- litas, conditio. Grandis culpa est, si fidelis egeat te sciente: ille præcipue qui egere eru- bescit. Item probanda est alia liberalitas, vt proximos sanguinis tui non despicias: qui- bus pudor est ab alijs poscere: non vt illos di-  
uis

uites facies, sed vt paupertatem & rerum iu-  
ues. Considera ætatem, vt senibus plus lar-  
giaris, qui sibi iam nequeunt victum quære-  
re. Considera etiã debilitatem: considera ve-  
recundiam, quæ ingenuos consequitur nata-  
les. Non tamen vult Dominus simul effun-  
di opes, sed dispensari: & in ipso pauperis da-  
to mensuram tenere, vt abundes pluribus.  
Quanto enim minora sunt quæ sparguntur,  
tanto plures erunt qui recipiant. Ex pu-  
ro affectu ac sincero fiat eleemosina, non  
conciliandi fauoris gratia ultra modum effu-  
dendum. Omnia hæc ibi ex Ambrosio.

¶ Ex eodem etiam habetur. 12. q. 2. aurum.  
Aurum habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt  
eroget, & necessitatibus subueniat. &c. Me-  
lius est vt vasa viuentia serues, quam meta-  
llorum. Sed respondebis. Timui ne templo  
Dei deesset ornatus. Dico tibi quod aurum  
sacramenta non quærunt: neq; auro placent  
quæ auro non emuntur. Ornatus sacrorum  
redemptio captiuorum est. &c. Et Ambro. ipse  
fateretur, se aliquando in inuidiam hominum  
incidisse: quia fregit vasa dominica ob redi-  
mendos captiuos, vt habetur. 86. distin. Pul-  
chrarum.

¶ Quomodo misericordiæ opera & eleemo-  
linæ sunt efficacia media ad abtinendam gra-

Secunda pars

tiam deuotionis, & diuinas illuminationes habes *Isaiæ. 58.* Cum (ait) effuderis esurienti animam tuam (.s. per compassionem) & animum afflictam repleueris (.s. per necessariorum subuentiones) orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erūt sicut meridies, & implebit dñs splendoribus animā tuā. &c.

*Chrisost.*  
*hom. 53.*  
*Ju. M*

¶ *Chrisost.* dicit quod liberalis anima non sinit nras lampades extingui: internas vestes ex rubeis cādidiore niue facit. Hæc est quæ in perpetuū tibi seruat quæ hic possides: hæc facit præclaros homines hic & in futura vita. Melius nāq; est habere famam misericordis, humani, benigni, quam eloquentissimi oratoris. Hæc ille. Tu igitur memento, vt misericordiæ potiusquam liberalitati seruias: mīa enim pietatem parit, liberalitati vero sepe vanitas insidiatur.

*Gregori.*  
*in. 3. par.*  
*pas. C. 21.*

¶ *Grego.* ponit prudentiā largiendi. Primo enim attendendum ne sero præbeatur quod cito dandum est, iuxta illud. Ne dixeris amico tuo, Vade reuertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare. Secundo, ne sub specie largitatis inutiliter spargant sua, aut multa dēt, vbi pauca sufficerent, iuxta illud ad *Corint. 8.* Non vt alijs sit remissio, vobis aut tribulatio. Qui enim ita sua effundunt, vt post modum egeāt, frequenter in impatientiam præcipi-

cipitatur. Tertio, ne totaliter vacuum dimit-  
tant pauperem, cui sepe aliquid vel parum  
dandum est, iuxta illud Luc. 6. Omni petenti  
te, tribue. Quarto, ne aliquid demus cui nihil  
penitus dandum est, vt histrioni. &c.

¶ Grego. scribens Dominico Episcopo, com-  
mendat ei quandam viduam dicens. Officij  
sacerdotalis est, vt viduis ac maritali regimi-  
ne desolatis, impartiri solatia debeatis: vt  
vnde in hoc mundo humana consolatione  
priuantur, sacerdotali tuitione possint reme-  
dia reperire.

*Gregori.  
Epi. 13.*

¶ Grego. intercedens pro quadam vidua: si  
in proximorum (ait) necessitatibus habita cõpa-  
ssione, benigna mente occurrimus, nostris pro-  
culdubio petitionibus clemẽtẽ Dñm reperi-  
mus. Et iubet illi dare certã annonã. Et alijs  
plurimis Epistolis cõmẽdat viduas, ac iubet  
episcopis quod sint vt earũ mariti. Iubet etiã  
vt varijs personis egẽtibus ac monasterijs de-  
tur annona ex proprijs redditibus.

*Epi. 57.*

¶ Idem ad Bonifacium Episcopum, postquã  
commendat eum quod operibus misericor-  
diæ vehementer insistebat, subiungit.  
Sed illud ( fateor ) non leuiter mentem me-  
am momordit, quod eadem opera multis  
vos ipsi nunciastis. Ex qua re collegi, quod  
mens vestra non studeat Dei oculis, sed

*Greg.  
Epi. 43.  
2. lib.*

Secunda pars

humano iudicio placere. Vnde necesse ē frater charissime vt cū bona exterius agis, hæc interius cum magna cautela custodias: ne appetitus placēdi hominibus subrepat: & omnis labor boni operis in cassum fiat.

*Gregori.  
Epi. 25.  
lib. 6.*

¶ Idem. 92. Quidam miserat ei pecuniam vt in eleemosinas dispensaret: respōdet. Quod triste sibi erat hoc facere, quia vltra onus quod habebat reddēdi rationem Deo, quomodo dispensabat redditus Ecclesiæ, addebatur ei nouum onus reddendi etiam rationē quomodo dispensabat alienas pecunias. Et dicit illi. Orate vt ego discrete dispēsem, ne vnde vos peccata minuitis, nos inde cumulemus. Et alibi in simili casu dicit. Oro vt Dominus mihi concedat absq; peccati cōtagio dispensare, ne maculer vnde vos peccata detergitis.

*Epist. 23.*

¶ Ibidem cōtra quendam, qui sub xenij specie nōnulla a quodā monasterio sustulerat, dicit. Sine dilatione restitue: ne auaritiæ culpa te redarguat: quem largum erga monasteria sacerdotalis magis debuerat munificētia demōstrare.

*Epist. 20.*

¶ Idem, Sic operibus misericordiæ iuxta virtutem substantiæ insistat, vt tamen supra virtutem insistere cupiat. Et alibi arguit ipsum quia subtraxerat eleemosinas cōsuetas a suo pre-

prædecessore sub quadam prouidentia spe-  
cie, dicens, quod quamquam laudabile sit fu-  
tura prospicere, infirma tamen est cautela  
quæ pietatis adiutorio non munitur: præser-  
tim quia quod tribuitur pauperi, non est do-  
num, sed mutuum: quia quod datur, multi-  
plicato sine dubio fructu percipitur. Hæc  
ille. Imo etiam appellatur depositum. Vn-  
de fidenter cū Apostolo dicere pōt eleemosi-  
narum largitor. Scio cui credidi, & certus  
sum quia potens est seruare depositum meū  
in illum diem: præsertim Episcopus, qui non  
dat parua, aut hæreditate acquisita: sed ea quæ  
sibi, vt daret, data sunt.

¶ Idem arguit valde Abbatem cuiusdam mo-  
nasterij, quia diu distulit petere ab eo elee-  
mosinam annuam ad quodam monasterium  
sustentandum. Et hoc (vt ille fatebatur) ex  
erubescencia. Arguit autē eum, tum quia cer-  
tum est quod ille minus amatur qui adhuc  
erubescitur: tum quia ipse non dispensabat  
res suas, sed pauperum. Et valde (ait) accusa-  
bilis est verecundia non petere a diligente,  
& tenēte locum dispensationis in rebus pau-  
perum. Pondera hæc o Pastor: non largiris  
tua, sed aliena. Quid ergo mirum quod tota  
die lustrent domum Episcopi pauperes: cū  
sit ea domus dispensatoris rerum ipsorum?

*Gregori.  
Epi. 21.  
lib. 11.*

Secunda pars

Possent enim vociferare ad valuas, imo vsq;  
 ad secretū cubiculum dicētes. Da nobis nra,  
 alioquin cōtra te vociferabimus ad dñm rerū  
 tuæ dispēsationi cōmissarū, dicētes, Dñe nō  
 vult nobis dare q̄ illi vt nobis daret, dedisti.  
 ¶ Bernar. ad Henri. Episcopum Senonē. Cla  
 māt pauperes ad Pōtifices. Cur in supfluita  
 tes vestras cōsummitis quæ nostris debētur  
 necessitatibus? Nris. n. necessitatibus detrahi  
 tur quicquid accedit vanitatibus vris. Quid  
 cōferūt tot mutatoria? Nostrū est quod effū  
 ditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod ina  
 niter expēditis: nos sūmus fratres vri, & vos  
 de nra portione pascitis oculos vros, & ita  
 vita nostra cedit vobis in superfluas copias.  
 Duo mala ex eadē radice prodeūt, dū vos ip  
 sos vanitatē sequēdo pditis, & nos spoliado  
 perimitis. Et quæ sic cōsumitis, neq; labore  
 manuū, neq; negotiationis studio, neq; iure  
 hæreditario possidetis: sed bona nostra sunt.  
 Et quamuis hi pauperes (ait) modo non au  
 deāt aperire os aduersum vos, & exigere par  
 tem suam: quibus interim pro sua vita nece  
 sse habent potius supplicare: tamen in futu  
 ro stabunt in magna constātia aduersus eos  
 qui se angustiauerunt: stante pro eis patre or  
 phanorum, & iudice viduarum: qui dicet vo  
 bis, Quamdiu non fecistis yni ex his mini  
 mis

Berna.  
 Epist. 42

mis meis, nec mihi fecistis.

¶ Idem. Vnde existimas Episcopis nostris exuberare hanc rerum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriam? &c. nisi de bonis sponsæ? Inde est quod illa pauper, & inopis, & nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida, exanguis: cum munus illorum sit custodire & ornare sponsam. Iam non est in hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare: non custodire, sed perdere: non instruere, sed prostituere: non pascere, sed mactare & deuorare: quibus dicit Dominus. Qui deuorant plebem meam sicut cibum panis. Nam plus vigilant subditorum euacuan- dis marsupijs, quam vitijs extirpandis. Alto demersi sunt obliuionis somno, ad nullum Dominicæ cōminationis tonitruum exper- giscuntur: vt vel suū periculum expauescant. Inde est quod nō parcent suis, qui nō parcent sibi, perimentes pariter, & pereuntes.

¶ Greg. 12. q. 2. Religiosam (ait) vitā eligēti- bus, congrua nos oportet cōsideratione pro- spicere: ne cuiusquā necessitatis occasio aut desides faciat, aut aliquid scētē cōuersationis infringat. Et Ber. dicit. Egenis & maxime in- clusis curā impēdite. Et ad regē Siciliæ dicit, quod egenis & non cupidis dandæ sunt elec- mosinæ: quia scriptum est, Beatus qui in-

*Idem.*

*Gregori.  
12. q. 2.*

*Epi. 206.  
ad regin.  
Hierusa.  
Epi. 207.*

Secunda pars.

telligit super egenum & pauperem, non super cupidum, illum inquam pauperem, qui inuite petit, verecunde accipit, & accipiens glorificat patrem suum qui est in cœlis.

*Aug. ser.  
21. ad He.  
remi.*

¶ Augustinus dicit hæc verba, Cōsanguinei veniunt ad me, aliquando cum minis, aliquādo cum blandimentis, dicētes, Da nobis aliquid pater, caro enim tua sumus. Et tamen Dei gratia, & vestris orationibus, nōdum ditavi aliquem consanguineum: quia chariores mihi reputo pauperes quam diuites: quia bona Ecclesiarum patrimonium pauperum sunt. Et ser. 52. qui est penultimus, & est indubitatus Augustini, dicit, quod necesse habet Episcopus exhibere humanitatem assiduam quibusq; venientibus, siue transeuntibus: quod si non fecerit, inhumanus sit.

¶ Ecclesiastici, qui multa colligentes a populo, pauca largiuntur, & fere oīa insumunt, sunt illi de quibus scriptum est, Qui deuorāt plebem meam sicut escam panis. O diligētissimi exactores decimarum, primitiarum, votorum, & negligētissimi datores verbi Dei. Dicite quæso quomodo in morte fiducialiter cōmēdabitis aīas vras dño: qui hic paupes eius nō pauistis? Oīs vra cura ē vt redditus Ecclesię non minuantur: de diminutione vero fidei, & charitatis minor est sollicitudo.

Ille

Ille dicitur bene rexisse Ecclesiam, qui opes eius auxit, etiam si in curandis ouibus negligētior fuerit: cū tamē. B. Gre. æstimatus fuerit a successore suo dissipator opum Ecclesiæ.

¶ Dist 82. ex Conci. Aurelianen. Anno. 520. dicitur, Episcopus pauperibus vel infirmis qui non possunt laborare, largiatur victum & vestitum, quantum possibilitas tulerit. Et in Conci. Aurelianen. 50. (quod est prouinciale) & celebratum est circa annum. 580. habes, quod illi qui sunt in carcere Ecclesiastico ob aliqua delicta, ab Archidiacono vel preposito Ecclesiæ visitentur iussu Episcopi: Et Episcopus deputet psonā qui eos in suis necessitatibus de bonis Ecclesiæ sustentet. Et ibidem subiungitur, quod Episcopus inter omnes egentes, præcipue curam gerat infirmorum: qui vltra laborem infirmitatis, cōstringuntur inopia: illisq; victum & vestitū prouideat. Et in Con. Matisconen. 20. dicit, quod domus Episcopalis ad hoc est instituta, vt sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat. Et ideo non debet habere canes: quia non morsibus & latratibus canum, sed hymnis custodienda est domus eius: ne hi (qui confidunt ibi se inuēturos leuamen miseriarum suarum) versa vice morsibus

Secunda pars  
sibus canum lanientur. Et Hyero. in Episto-  
la ad Titum. (Et adducitur in Conc. Aquis-  
grani) habet hæc verba. Domus Episcopi  
debet esse commune hospitum omniū: lay-  
cus enim vnum, aut duos, aut paucos recipi-  
ens, impleuit hospitalitatis officium: Episco-  
pus nisi omnes receperit, inhumanus est.

¶ Studium Prælati, in  
oratione, contéplatione,  
ac sacrificij oblatio-  
ne. Cap. IIII.

Gregori.



It Episcopus singulis per  
compassionem socius, su-  
per omnes cōtemplatione  
suspensus, interiorum curâ  
exteriorum occupatione  
non minuens, exteriorum  
prouidentiam interiorum  
solicitudine non relinquens. Pondera verba  
B. Thom. 2 2. q. 135. arti. 2. ex Augustin.  
quod ob sarcinam pastorem, non est dese-  
renda delectatio contemplationis.

¶ Veh tibi Episcope si fons deuotionis in  
te siccatu fuerit. Quid aliud est deuotio, quâ  
fons aquæ viuæ, rigans omnia nostra virtu-  
tis exercitia (quæcumq; sint illa) sine qua  
mox

mox arefcunt: Est etiam vinum cœleſte cor  
 hominis lætificans, eſt balsamus omnem fa-  
 nans paſſionem, eſt cibus animæ, eſt lingua  
 qua cum Deo loquimur: qua carens, non ha-  
 bet linguam vt cum Deo loquatur ( vt Ber.  
 ait) eſt māna de cœlo. &c. Ipa eſt que dicit,  
 Spiritus meus ſuper mel dulcis. &c. At non  
 datur diligentibus terrenas conſolationes, in  
 menſa, in honoribus. &c. ſicut neq; manna  
 datum eſt niſi dimiſſis cepis & allijs Ægypti.  
 Fauum dulciſſimum deuotionis nō poſſunt  
 fabricare porci, ſed apes ſolicite volantes ſu-  
 per flores vitæ Chriſti. &c. Dulcedo inter-  
 norum exercitiorum eſt cibus animæ: quo  
 confortatur ad laborandum in vinea Domi-  
 ni: & portandum pondus & æſtus externo-  
 rum negotiorum.

¶ Etiam in vertiginibus cauſarum ſæculariū  
 ſemper maneat quædam candella accenſa in  
 pectore noſtro. Poſt has autem vertigines  
 confugiat paſtor ad leuamen orationis, & ad  
 colloquium familiarium ſpiritualium quos  
 habere debet, quemadmodum Diuus Gre-  
 go. facere ſolitus erat. Vnde idem in Paſtora-  
 li dicit, Quia valde inter humana verba cor  
 noſtrum deſluit, & vſus humanæ conuerſa-  
 tionis indefinenter deſtruit vim ſolicitudi-  
 nis atq; prouidæ circunſpectionis erga cœ-  
 leſtē

Secunda pars

Iestem vitam, oportet quod per meditationem sacrorum eloquiorum iugiter restauretur. Et quoniam ad vetustatem vitæ per secularium societatem semper itur, ad amorē spiritualis patriæ, compunctionis aspiratione semper renouetur. Cumq; indubitanter constet, quod exterius occupationū tumultibus cor a semetipso impulsus, corruat: studere incessabiliter debet, vt per orationis & meditationis studium resurgat. Ideo Dauid rex dicebat. Quomodo dilexi legē tuam? tota die meditatio mea est. Nunquam etiam (ait idem) rector a sacræ lectionis studio recedat. Prouerb. 5. dicitur. Bibe aquam de cisterna tua: ac deinde fluentia deriuentur in plateas: quia vt (ait Grego.) prædicator debet prius potare de sapientia sua, deinde in alios diffundere.

¶ Heu me, quia cum crederem me saltem noctibus in amplexu meæ Rachelis, i. vitæ contemplatiuæ quieturum, clanculum me inuito introducitur Lia, i. cura & consideratio diurnorum negotiorum.

*Greg. Epi. 62. lib. 5.* ¶ Gregor. admonens Episcopum Carthaginen. ita ait. Et si cogamur terrenis negotijs intendere, mens tamen nostra sæculari varietate non defluat: sed tota in vnum currat atq; confluat finem: de quo Dauid. Vnam petij

tij a Domino, hanc requirā. &c. In hoc mēs se tota suspendat: tunc enim vere atq; bene ad opera dilectionis proximi descendimus, si ex toto corde & viribus in ardenti Dei dilectione persistimus.

¶ Timeo tibi Eugeni (ait Bernar.) ne multitudo continua negotiorum (intermissa oratione & cōsideratione) te ad cor durum perducant, quod deuotione non incalescit, compassione non molescit, compunctione non scinditur, & seipsum non exhorret, quia nec sentit.

*Bernar.  
de consi.*

¶ Vnicum refrigerium laborū Episcopi debet esse, quandoq; confugere ad solitudinē, ad orandum & meditandum. Vnde Marc. 6. habetur, quod cum Apostoli renunciaissent Domino omnia quæ egerant, & docuerant, dixit eis Dominus. Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.

¶ Offitium sacerdotis est, sacrificare, orare, docere, visitare, si est Episcopus, Quid dignius & quid ouibus vtilius, quam pastorem offerre quotidie vitam & passionem Christi Deo patri pro eis? Benedictus dominus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me: hoc est, non amouebit misericordiam suam, quandiu ego non amouero orationem meam. Quanti feruoris debet esse,

Secunda pars

esse, qui vi sui feruoris debet frigidus calefacere?

*Cyprian. Epi. 2.* ¶ Idoneus non potest esse ad martyriū, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium; & mēs deficit, quam accepta Eucharistia non erigit & accendit.

*Machar. bom. 40* ¶ B. Macharius Ægyptius: perseverare (inquit) in oratione est caput totius boni instituti: ac vertex omnium honestarum actionum: cuius beneficio reliquas virtutes a Domino obtinemus.

*Ambro. liber. 10. Epistola. Epi. 28.* ¶ Monasteria sunt officinæ virtutum: ex quibus multi monachi cōducti ad Episcopatus officium, pluribus virtutibus (quibus in monasterijs fuerant assuefacti & durati) emicuerunt.

¶ Diligenter negotia sunt agenda, sed non anxie. Memento quod omnia debet seruire spiritui: ne pedes supra caput erigas: nec caput ad vilitatē pedum deprimas. Semper liber atq; expansus permaneat spiritus ad radios Domini: & post orationem igneam, maneant cineres æstuantes ad tempora negotiorum.

¶ Ad hoc igitur summe annitendū, summiq; gemitibus a Domino petēdū, vt in turbine negotiorum etiam si obruere animū videatur, animus tamē semper liber, securus, magnusq; Domi-

Domino sistatur. Debemus ergo negotia disponere, & non eis immergi, habentes oculos ad Dominum erectos, ac fidentes: dicendo intra nos illum psalmum, Leuavi oculos meos. &c. Pódera verba dicta Episcopis, Actuũ. 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, primũ vobis, deinde gregi.

¶ Occurrentibus difficultatibus, periculis, criminibus curãdis, beneficijs aut officijs distribuẽdis. &c. mox toto corde ad orõnẽ cõfuge ad patrẽ luminum & consolationũ. &c. Hęc enim iugis impulsio ad orandum, magna occasio est proficiendi: Dicas igitur, Domine tibi soli in hoc opere placere cupio: illumina ergo faciem tuam super seruũ tuũ.

¶ Veh tibi Pastor, si õmissa paulatim oratione, ac proinde cognitione tui, & officij atq; oneris tibi impositi, incipias sine sanctis & rationabilibus scrupulis viuere, cum oporteat n dies illis pungi & corrodi: & lumen semper a Deo petere. Forte Dauid cecidit, quia paulatim in exercitijs spiritualibus remissior factus fuerat.

¶ Quando Pastorem contingat incedere magna stipatum caterua. &c. tunc vel maxime mēs erigẽda in deũ est, vt eo t̃poris articulo faciebat Ber. recogitãs illa esse pura sõnia, cu licesq; circumstãtes, mortalesq; morituros.

Ad

## Secunda pars

Ad hoc autē oportet diligenter mentem spiritali bitumine linire, sic ut in arca Noe factū est, quoniam per poros etiam corporis ingredi potest & ventus & aqua.

¶ Lactauerunt te in vndas Oceani, in summa pericula salutis: vix tibi si incipias gaudere de Cathedra, & paulatim sanctum amittere timorem: cum oporteat iugiter clamare ad Dominum (Circudederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me. &c.) constanter operando quæ oportet vsq; ad mortem, magnos & continuos semper deuorando labores.

¶ Quidam vir probus dicebat illum scopulū maxime timendum Episcopo (ne ad eum nauem illideret) videlicet, si obrutus negotijs externis, ac proinde affectu intus arefactus, tepide oraret, & exercitia spiritualia intermitteret, aut minueret: ac deinde frigidus atq; parū vtilis sermones hēret, vel prorsus dimitteret. Hoc enim fit, ut actus essentialis & principales dimittat propter minus principales: ac deniq; paulatim in defectus & vitia labitur. Contra quod periculum non video aliud remediū, nisi ut preter quotidianæ orationis exercitium, etiam cum maxime negotia feruent, nō tradere totum cor illis, sed in ter ea semper seruare anhelam affectionem  
ad

ad Deum. Dic enim mihi, nōne in omni negotio Deus est: ibiq; inueniri potest vt finis: vt autor: vt iussor: vt cooperator: ac consultor: &c. Intuere igitur eum ibidem quando negotium tractatur: & tūc intus requiesces: & dilatabitur, illuminabitur, lætabitur cor tuum. Atq; hoc ipsum summis gemitibus a Deo impetrare contende.

¶ Cur dicis. Non suppetit tēpus ad spiritua-  
lia negotia? Nonne nostris temporibus mul-  
ti sancti Episcopi (vt B. Antoninus) non so-  
lum tempus habebant ad orandum, & sacri-  
ficandum, sed etiam ad scribendū tot libros,  
& prædicandum? &c.

¶ Vilissimus omnino est (nisi sanctitate &  
scientia præceller) qui est dignitate præstan-  
tior. 1. q. 1. Vilissimus a Symacho Papa.  
Quod si contingat eum qui ad Episcopatū  
eligitur non ea effuluisse sanctitate quæ Epis-  
copum decet, dum in minoribus agebat: sal-  
tem postquam in candelabrum erectus est,  
fatagere omnino debet, vt vita respōdeat no-  
mini, & loco.

¶ Triplex est status mentis in homine impli-  
cato negotijs, simulq; Deum quærente. Pri-  
mus, quando habet otium. Tunc enim men-  
te & affectu vehementer debet in Deū ferri,  
atq; operam dare ne imagines quæ tunc ve-  
limus

limus nolimus sese ingerunt, trahât cor post  
 se: sed etiam si circumuolent nos, mens tamê  
 super omnia tēporalia stabiliatur. Secūdus,  
 quando vacat negotijs omnino ebibētibus  
 attentionem omnem: vt quando quis suppu  
 tat, aut legit aliquid difficile intellectu, aut  
 audit negotium varijs nodis implicitū: quod  
 oportet recte intelligere ad sententiam iuste  
 ferendam. & c. Quo tempore quāuis non ma  
 neat actualis amor Dei, neq; simplex ille in  
 tuitus ipsius, manet tamen quædam impres  
 sio amorosa relicta ex frequentia actualis a  
 moris: quæ magnam pacem & quietē affert  
 exercitatis: quam non amittunt etiam in  
 ipso negotiorum turbine: & per quam (illis  
 transactis) mox redeunt ad cen rum ac the  
 saurum suum, immittentes sagittas actualis  
 amoris Tertius vero status est, quando intē  
 dit communibus negotijs: quæ non ita ma  
 gnam exigunt attentionem: quibus non  
 ita magna pars cordis tribuēda est, vt nō sua  
 etiam particula Deo reseruetur.

¶ Quid stultius dici pōt, quā (quoniā officiū  
 pastorale est multis negotijs implicitū) ideo  
 nō sit quotidie celebrādū. Imo quia tale est,  
 oportet vel spatium celebrationis separare  
 dño ad munimē cōtra tētationes, ad lumē in  
 negotijs, ad cōsolationem inter tot afflictio  
 nes

nes, ut vel tunc respirare liceat.

¶ In pastoralis officio multa sunt quae deuotio-  
nem nutriunt. scilicet continuæ vexationes, & angu-  
stia. Nam Ioanes exul in Pathmos insula, vi-  
dit secreta caelestia: & Stephano inter ictus  
lapidum diuina ei claritas fulsit. Compellunt  
enim angustiae ad Deum clamare. Vnde Deus,  
8. dicitur Afflixit te penuria, & dedit tibi  
cibum manna. Et Apostoli, & Prophetæ in-  
ter pressuras mundi ardebant deuotione.  
Et attende, quod sicut Iudæi tantum colli-  
gebant de illo suo manna, quantum erat  
necessarium atque sufficiens ad totam diem:  
ita oportet virum diurnis horis occupa-  
tum, tantum nocturnis vacare exercitijs,  
quantum sufficiat ad ferenda dulciter officij  
onera propter Deum.

¶ Augustinus postquam dixit, quod nunquam  
poterat longiori mora quaerere aliquid ab  
Ambrosio, propter turbas negotiosorum ho-  
minum, quorum infirmitatibus iugiter seruie-  
bat, addit: quod cum saepe ingrederetur cu-  
biculum eius (non enim vetabatur aliquis in-  
trare) eramus (inquit) ibi in diuturno silentio  
ipso tacite legente (quis enim auderet esse oneri  
sic intento?) deinde discedebamus: & conie-  
ctabamus eum illo paruo tempore (quod reparandum  
de menti suae nanciscebatur, feriatum ab stre-

*Augu.  
liber. 6.  
cōse. c. 3.*

Secunda pars

pitū caufarum alienarū) nolle in aliud auocari. Deniq; frequenter qui illum adibant, (ne illum perturbarent) taciti reuertebātur, licet ipsos vidiffet.

¶ Puritas intentionis, & constantia ac immutabilitas animi in fanctis decretis & confilijs. Cap. 5.



Vra intentio (ait Bernar.) consistit in sola quærenda Dei gloria & populi salute. Ille sit scopus & finis, qui retributionem est daturus. Vt quis sit bonus iudicio hominum, parum sufficit miserrimis his temporibus: ceterum vt in oculis Dei bonus sit, multum exigitur. Ad hoc ergo mori debet in te spiritus humanus cum omnibus suis actibus & affectibus inordinatis.

¶ Siritus Papa (qui successit Damaso anno 388) in. 4. Epistola ad Episcopos, terret eos verbo illo Luc. 12. Cui multū creditum est, multum requiretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

Dioni.

1. c. Eccle.

hierar.

¶ Qui sacerdotem seu Pontificem dicit, augustinus

gustiore prorsusq; diuinum insinuat virū,  
totiusq; sanctæ scientiæ peritissimum.

¶ Non quid, sed propter quid faciamus in  
illa vltima examinatione querendū est.

¶ Ibi etiam cap. 15. diffinit, quid sit diligere  
Deum: Est (inquit) animum illi totum trade  
re, concipere fruēdæ visionis eius affectum,  
peccati odium, & mundi fastidium.

¶ Non carebis infinitis detractoribus & adu  
latoribus: hi (ait Bernar.) obliuioni traden  
di, illi dissimulandi. Qui in hac vita (dicebat  
quidam Sanctus) ad linguas dolosas attende  
rit, & non potius intentioni suæ & menti  
animum totus intenderit, nunquam Deo in  
seruiet, neq; hoībus utilis erit.

¶ Heu me, quia nondum excitatus a somno  
terrenarum affectionū cum Samuele: neq;  
cœlesti carbone purgatus cum Isaia, neq; lin  
gua a Deo tactus cū Equitio monacho: (de  
quo refert Grego. in Dial. quod sensit sibi a  
Deo tāgi linguam, vt se deinceps non posset  
continere a diuinis eloquijs) cum nihil ho  
rum haberem, in magistrum populorum da  
tus sum.

¶ Praui (ait Greg.) non curant respicere me  
liores quos imitentur, & quorum compara  
tione nihil sunt: sed peiores quorum compa  
ratione aliquid sibi esse videntur. Non con  
quies-

Prosper.  
lib. 3.  
de vi. cōt.  
Cap. 14.

Amor  
deiquod  
st

Isai. 6.

De prauis  
n. d. d. d.  
n. f. i. n. t.  
rogati

Secunda pars

quiescat opéra tua, donec vel in modico sal-  
tē assimileris Martino, Ambrosio, cæterisque  
Pastoribus sanctis.

¶ Recordare quod sanctus monachus est ve-  
lut lucerna sub modio: idem autē Episcopus  
factus, ponitur super excelsum candelabrū,  
vt clarissimorum operum & sermonū ubiq;  
radios emittat, etiā si laboribus (quemadmo-  
dū de lucerna est in Prouerbio) cōsumatur.  
Veh autem ei qui in alto constitutus radios  
non emittit, sed fumigat tæpiditate sua, so-  
cordia, tenacitate, fastu, delitijs.

¶ Hæc est differētia inter illū qui veraciter  
quærit sanctitatē, & illum qui principaliter  
quærit apparentiā sanctitatis: quod alter, illa  
opa studet facere quæ plus scit Deo placere:  
quāuis nō multū ap̄phētur ab hoībus, neq;  
adeo illustria appareāt: alter vero illa opera  
bona primo loco facit quæ hoībus illustriora  
vidētur & gratiora. V. G. Expendendi sūt  
mille aurei, vel in vsus pauperū, vel in aliqua  
signia cōmoda animarū. Cōstat plane hoc o-  
pus reuera præstare illi: illud autē iudicio popu-  
li (qui nihil nisi terrena sapit) esse præstātius.  
Quis quis ergo vere sctūs est, hoc faciet: qui  
vero apparēter tantū, ad illud magis inclina-  
bitur. Nō ergo intendas apparere, sed esse bo-  
nus: quidquid hoīes censeant, quorum iu-  
di-

*unde in tuo folio uasso di-  
no quid sed præstus quid  
operada*

dicia qui non contemnit, seruus Christi non est.

¶ Quid conquereris quasi officium pastoris sit impedimentum deuotionis? Vere .n. nihil aliud est, quam continuu exercitium altissimarum virtutum. s. charitatis, iustitiæ, & miæ. Quod ardetius exercitium, quã erecto in Deu corde p̄ varia loca discurrere, quæredo, sitiendo, & p̄curado animarum salutem. Quod tamẽ tunc & utilius alijs, & faciẽti dulcius est, cum sit a proprio sponso & pastore. Hoc autem non extinguit, sed auget deuotionem: modo adsit pura intentio, & sæcularium desideriorum contemptus.

¶ Vnicus finis, vnicus scopus, vnica cõsolatio, vnicum refrigerium pastoralis officij est, adducere animas ad cognitionem & amorem Dei. Apostolus vocabat conuersos a se, gaudium meum, & corona mea. Hoc est autem maximum laborum omnium leuamen.

¶ Mês mea solidata est & in Christo fundata, dicebat Sancta Agatha. Stultus mutatur vt luna, iustus permanet vt sol, & quasi fundamentum sempiternum: quia confirmatum est cor eius. &c. Hãc igitur animi firmitudinem atq; constãtiam in rebus bene deliberatis sanisq; cõsilijs hẽre pastores debent.

Secunda pars

exēplaria incorrupta esse debēt, qualia sunt  
Christus, Apostoli, & sancti viri. Ideo super  
actionibus quæ manifeste pertinent ad Euā  
gelicum Episcopum, non oportet consulere  
quemquam. Insanire puta, si quis aliud con-  
suluerit. In hoc vno omnes reputa velut mē  
te captos ob mundi consuetudinem, iuxta  
illud, Si Angelus de cælo aliud enangeliza-  
uerit. &c.

¶ Veh cæcitati nostræ (ait Augusti.) quia cō  
fuetos pessimos abusus non solum non ex-  
horrescimus in alijs, sed in eos etiam nos ipsi  
aliquando incidimus.

*Bernar.  
Epi. 8.*

¶ Tremenda Epistola. 8. B. Bernar. qui cuidā  
Brunoni docto viro consulenti an accepta-  
ret electionem Archiepiscopatus Colonien.  
omnino recusat dare ei consilium: sed solum  
dicit se oraturum pro eo: quia tamen ipse ni-  
hilominus acceptauerat, sequenti Epistola  
terret eum electione Saulis & Iudæ: & super  
omnia commendat ei humilitatem.

*Berna.  
Epi. 125.*

¶ Bernar. ad magistrum Gaufridum. Tu (in-  
quit) habes a Deo scientiam, spiritum liber-  
tatis, verbum viuum & efficax, & sale condi-  
tum. Ideo oportet te nunc non deesse Eccle-  
siæ schismate turbatæ.

¶ Non potest mundus odisse adultores su-  
os, reprehensores autem semper odit: vnde  
Ioan.

Ioan. 7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt: quia multi huius temporis Pastores sunt canes muti: ideo non odio habentur a carnalibus.

¶ Recole semper illam verissimam sententiã, quod id quod verum & probum est, a paucis solum probatur: quod multitudo probat hoc fere erroneum & prauum est. Vulgi sententiã est. Nō hunc sed Barrabã. i. melior est Barrabas Christo. Dicit Ioan. Baptista. Ecce agnus Dei, Credemus huic vni, an toti mundo? Igitur nō vulgares opiniones, sed paradoxas. i. a corrupti vulgi opinione remotas debemus sequi: & de rebus iudicare iuxta earum naturam, non iuxta abusus & iudicium corrupti sæculi. B. Thom. super Matthæ. 11. dicit, quod qui nimium attendit ad voces hominum, nihil recte faciet: citã illud. Qui obseruat ventum, nunquam seminat: & qui obseruat nubes, non metet.

¶ Attende quod Prælati fere peccant: quia molles, & remissi: & quia consanguineis & amicis exoptulantibus succumbunt. Tu vero efflagita a Deo constantem animum: & in nullo declinantem ab his quæ secundū ipsū expedire cognoueris. Ideo ne cedas his qui contraria suadent: quacumq; importunitate  
consilio

## Secunda pars

consiliorum aut precum. Nihil in hac vita habes quod amittas, nullū a quo aliquid speres, neminem quem merito timere debeas. Ideo constantissime ac prudentissime contēde ad solam diuinam voluntatem in omnibus sectandam. Deus enim dissipauit ossa eorum qui hominibus placent.

¶ Qui iam diu in Ecclesia præsent, frequenter languescere solent: & veluti callos obducere, ne, quæ male fiūt, moleste ferāt. Vnde & aliqua quæ ante intolerabilia reputabant, facile tolerant. Absit, absit hoc. Quādiu durat vinculum reddendæ rationis, qua ratione cessare possumus? Quod zelus negligentia dormiat, inexcusabile est, ait Bernardus.

## ¶ Humilitas ac modestia

Prælatorum quo ad statum  
& personam. Cap. 6.

1. Ioan. 2.



Vi dicit se in Ch̄o manere, debet sicut ille ambulare, & ipse ambulare. Quod igitur aliud exemplar status vestri quæritis o Pastores, quā Dominum Iesum? Cur putatis, iam abrogatū esse

esse decretum illud, Reges gētiū dominātur  
 eorū, vos autē nō sic. &c. Nulla consuetudo,  
 nulla præscriptio, potest abrogare hunc ca-  
 nonem diuinum. Pōderate verba Lucæ. 16.  
 Quod hominibus altū est, abominatio est an-  
 te Deum. Dicunt aliquando Pastores. Non  
 possumus subditos nostros in obedientia &  
 officio continere, nisi splendore vitę & pōpa  
 auctoritatem apud eos consequamur. O cę-  
 citatem insignem: ministri Christi pruden-  
 tiores Christo esse volunt? Christus namq;  
 mediantibus hominibus plenis spiritu suo  
 (.i. spiritu humilitatis & paupertatis) mun-  
 dum subegit: ac spiritum carnis & mundi  
 expugnauit: modo vero dicitur, spiritū mū-  
 di non posse expugnari, nisi mediante spiri-  
 tu mundi. i. nisi Pastores armentur pompa  
 ac fulgore sæcularis pōstatis? Quid magis pō-  
 posterū potuit excogitari? Non pōt (inquit  
 Dñs) Sathanas Sathanam eijecere. i. ho-  
 mo habens spiritum mundi, non potest  
 ab alijs expellere eundem spiritum mun-  
 di.

¶ Pastores pomparum sæculi sectatores  
 destruūt illud encomium] Ecclesię Can-  
 ticorum. 1. Nigra sum, sed formosa. No-  
 lite me considerare quod fusca sim: quia

quia decolorauit me sol. i. Christus. Quod ad  
 literam significat, Ecclesiã esse exterius qui  
 dem nigram ob crucis mortificationẽ & cõ-  
 temptũ externi fulgoris: interius tamen for-  
 mosam propter donorum cœlestiũ pulchri-  
 tudinem. Vnde Pastor qui renunciat splen-  
 dori status ob Christi amorem, potest dicere  
 illud. Nolite me cõsiderare quod fusca sim:  
 quia decolorauit me sol. i. si non habeo ex-  
 ternum splendorem, amor & imitatio Chri-  
 sti sponsi fecit hoc. Vnde & Dominus dice-  
 bat, Beatus qui non fuerit scandalizatus in  
 me. i. non reiecerit me ob hanc externam ni-  
 gredinem & abiectiõnem quam elegi. Bern-  
 postquam exclamasset cõtra fulgorem & re-  
 gium apparatus prælatorum, sic subiungit,  
 In amarissima pace nunc sedet Ecclesia im-  
 pugnata moribus suorũ pastorum. Non fu-  
 gare, non fugere eos potest, sicut antiquitus  
 fugabat persecutores hæreticos, & fugie-  
 bat persecutores principes: ita inualue-  
 runt & multiplicati sunt super numerum.  
 Deniq; concludit, Intestina & insanabilis est  
 plaga Ecclesiæ. Dicunt enim multi pastores.  
 Nisi habuerimus fulgorem status, contẽne-  
 mur ab omnibus. Si hæc ratio vrget, cur Do-  
 minus venit in humilitate status, cum sciret  
 se per hoc a reprobis contemnendum? Au-  
 gusti

Bernar.  
 serm. 25.  
 27. 33.  
 su. cant.

Augu.

gustin. super illud Pſal. Miſerere mei Deus  
 quoniam conculcauit me homo, dicit: Si es  
 vere Chriſtianus, para te, quia conculcandus  
 es: in torculari es: & ideo cōculcationem eua-  
 dere nō potes. Nō s (dicunt mūdani Sap. 2.)  
 vitam ſanctorum putabamus inſaniam: igitur  
 ſi inſanus reputari nō vis, ſanctus eſſe nō  
 vis. De beato Martino legimus, quod impu-  
 ne a ſuis clericis irridebatur, & contumelijs  
 afficiebatur: & ex monacho factus Archiepiſ-  
 copus Turonen. idem conſtantiffime perfe-  
 uerabat, qui prius fuerat: eadem in corde hu-  
 militas, & in veſtitu vilitas. In Eccleſia ne-  
 mo illum ſedere vidit, domi autem tripō-  
 da utebatur. Cū hoc tamen, ita plenus autho-  
 ritatis & gratiæ, vt egregie impleret Epiſco-  
 pi dignitatem. Illud autem Apoſtoli ad Ti-  
 mot. Nemo adoleſcentiam tuam contēnat,  
 nihil aliud ſignificat, niſi, Nihil facias vnde  
 te contemptibilem exhibeas: Quod ſi citra  
 culpam tuam, apoſtolicos mores ſectādō, cō-  
 temneris, age gratias Deo, quemadmodum  
 ſancti faciebant: & læto animo cū Dauid cā-  
 ta. Adoleſcentulus ſum ego & contemptus:  
 tamen iuſtificationes tuas non ſum oblitus.  
 Domine propter te ſuſtinui opprobriū, oppe-  
 ruit confuſio faciem meam: extraneus factus  
 ſum fratribus meis. &c. Quare? Quia zelus  
 do.

domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. i. zelus acquirendi animas tibi, me coegit ad humilitatem apostolicam sectandam. Scio Domine, quod non ex ore potentium, sapientium, ac pompatice incedentium, sed ex ore infantium & lactentium. i. simplicium & contemptorum Apostolorum, voluisti sapientiam tuam atque gloriam perfecte manifestari. Nulla igitur (inquit Ber.) splendidior gemma in ornatu Pontificis humilitate. Quo enim cæteris celsior, eo humilitate apparet illustrior. Nulla potest ita hominum tyrannidē debellare. Ad quæ magis pertinet verbum illud, Discite a me qui mitis sum & humilis corde: quam ad ministrum Christi in reductione animarum ad ipsum. Hæc quo deuenerunt pastores nostri: sanctos & spirituales honores cõtēnūt, & glorias græcas consecratur: de quibus vide. 2. Machabeo. 4. Quæ utilitas quæso vestrarum parum? A fructibus earum cognoscetis eas: Fructus earum sunt, ambitio, cupiditas, libidinesque vestrorum clericorumque: feruor deuotionis penitus extinctus. Vestri canonici qui debuerant esse primi cooperatores & coadiutores ad omne bonum, hi frequenter sūt primi hostes spiritualis vitæ, humilitatis, modestiæ, ac disciplinæ. Quomodo ergo poteritis

Bernar. 2  
de consi.

stis v̄ro fastu & p̄opa exterminare de mūdo  
 factum & sathanicas p̄opas: quibus in Baptif  
 mo renūtiavimus? Cōstat aut̄ officiū p̄stora  
 le a Deo esse institutū, ad omnia vitia ab Ec  
 clesia eliminanda. Ad hoc enim a Deo dati  
 estis præsules, vt depravatos mores ac leges  
 mūdi verbis & exēplis viriliter impugnetis:  
 quas David vocat vanitates & insanias fal  
 sas. Nō potestis autē veras mundi insanias ex  
 terminare, nisi apostolica documēta & exē  
 pla (quæ mundus insanias vocat) viriliter se  
 stemini, & insanos propter Christū vos appe  
 llari patiamini: vt cū Paulo dicere possitis.  
 Nos stulti propter Christū, vos aut̄ sapiētes  
 in Christo. Si Decreta sanctorum Concilio  
 rū veneramini, illud imprimis decretum cō  
 cilij Carthaginē. 4. (cui Beatus Augu. inter  
 fuit) in imo corde defigite: quod sic habet.  
 Episcopus vilē suppellectilē, & mensam, ac  
 victū pauperem habeat: & dignitatis suæ au  
 thoritatē, fide, & vitæ meritis quærat. Hæc  
 sunt arma Christi & Apostolorū: quibus mū  
 di regnum cum suo Goliath expugnan  
 dum est. Non eget Christus armis Saulis ad  
 sua bella gerenda: non eget pompis & splen  
 dore sæculi ad populos in fide & obe  
 dientia continendos: vt multi temere asse  
 verant: qui ad sui excusationem dicere  
 solēt,



Secunda pars

solent, Non est ad extrema declinandum, cōmunis via tenenda est. Profecto si antiqui sancti & pastores nō tenuissent extrema, nec declinassent ad Apostolicas singularitates, nunquam neq; sancti fuissent, neq; calendaria nostra suis nominibus ornassēt, neq; Breuiaria gestis suis impleissent. Qui autem tritā sequuti sunt viam, vel ignorantur eorum nomina, vel sordēt, nec semen sanctum post se reliquerunt. Si trita sequenda via est, quare beatus Gregorius electus in Pontificem, mox e domo sua oēs sæculares iuuenes expulsi: & solos probatos clericos vel monachos secum retinuit? Sileant ergo mores oēs qui non sunt euangelico spiritui, doctrinæ, & exemplis sanctorum conformes: iuxta illud. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, erradicabitur. Profecto non est superba singularitas, quod vnus aut alter Episcopus huius ætatis nolit conformari in fulgore status Episcopis sui sæculi: imo maxima subergia & dānanda singularitas est eorum qui audacter documentis & exemplis antiquorum patrum contradicunt: & intollerabilius est quod allegant, oportere. s. seruire temporibus: quasi spiritus Christi & euāgelica norma mutari debeat cum temporibus: ac opinionibus & affectibus hominū seruire:  
cum

eum potius omnia tempora sint euangelicę institutioni conformāda, & iuxta normam euangelici atq; apostolici spiritus reformāda. Officium carnis nō spiritus est, quod nostra tempora non ferant illam antiquorum Patrum modestiā & humilitatem externā. Officium carnis est, semper excogitare apparentes rationes quibus se muniat: & commoda sua defendat: nec defunt ei innumeri doctores & patroni, qui partes eius tueantur. At verba Dei & sanctorū testimonia, firmiter statant: quoniam statuit ea Dominus in æternum & in sæculum sæculi. Cuiusmodi sunt illa, Vos autē nō sic: &, Non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, & alia pene innumera. Hęc autem promulgata nō sunt vt varientur cum tempore: sed vt illibata permaneant in omni tempore, & eis seruiant omnia tempora.

¶ Quoniam Ioannes Gers. in secunda parte suorum operum collegit egregium Opusculum, cuius titulus est, De temperantia & modestia prælatorum, in quo multa scitu dignissima ad hoc institutum refert, ideo, opere precium existimaui, summā huius tractatus paucissimis hic verbis cōprehendere. Statuit igitur hanc conclusionem. Expediētius & efficacius est, prælatum declinare ad austeritatem

## Secunda pars

ritatē vitæ in mensa, vestibus & numero ser-  
uitorū, & reliquis pertinētibus ad statū suū,  
quam hominibus sæcularibus in talibus con-  
formari. Quam quidem cōclusionem probat  
hoc modo. Tria enim possunt mouere præla-  
tos ad hoc.

¶ Primo, vt placeant Deo: & hoc manifestū  
est non placere Deo, cum sit contra exēpla  
Christi & sanctorum: & manifestū est etiā  
plus placere Deo opera pietatis, in quibus  
possunt expendi ea quæ in prædictis expen-  
duntur. Mentitur ergo iniquitas sibi cum di-  
cit, se per talia velle Deo placere: cum in rei  
veritate placere non intendat, nisi sibi, vel  
mundo.

¶ Secundo potest mouere eos ad hoc spiri-  
tualis profectus subditorū. Quos tamen con-  
stat hac ratione nihil proficere: cum hu-  
iusmodi pompa plus scandalizet homines sæ-  
culi, tam Principes quam alios omnes, quam  
ædificet. Ex hoc enim concitantur ad mur-  
murationem, inuidiam, cupiditatē, indigna-  
tionem. &c. Habent enim ex præcepto bea-  
ti Petri illud, Non dominantes in clero, sed  
forma facti gregis ex animo. Vnde propter  
hoc tenētur esse forma humilitatis & sobrie-  
tatis. Viuentes autē fastuose, potius sunt for-  
ma ambitionis, cupiditatis, vanitatis: dū hoc  
ipso

ipſo ſubditos ſuos ad ſimilia compellūt. Exē  
plum enim praelati quodam modo cogit ad  
ſimilia, iuxta illud Pauli ad Petrum. Tu co-  
gis gentes iudaizare. &c. Sed quorſum atti-  
net ad hoc ſcripturas allegare: cum experien-  
tia hoc ipſum euidenter clamet? Nam vnde  
tanta deuotio Principum, & aliorum ſæcu-  
lariū ad antiquos praelatos, tātaq; reuerētia,  
niſi quia tales pompas vilipendebant? Tum  
etiam quia videbant eos eſſe fideles diſpenſa-  
tores bonorum eccleſiaſticorum, largiſſime  
eis communicabant diuitias ſuas. Poſtea ve-  
ro videntes eos in pompis eas conſumere,  
non ſolum retraxerunt manum, ſed ipſa etiā  
eccleſiaſtica bona inuaſerunt. ¶ Sed forte di-  
cent. Sic viuimus, vt conformemur ijs qui-  
bus conuiuimus. Ad hoc reſpondet ille qui  
dixit. Nolite conformari huic ſæculo. &c.  
Dicunt etiam. Sic viuimus, ne inter alios eru-  
beſcamus. Ad hoc dicitur, quod non eſt eru-  
beſcenda humilitas Chriſti: neq; vilitas, quę  
propter eum ſuſtinetur. Dicunt etiam. Sic  
viuimus, ne reputemur auari, & hypocritę,  
ſi fuerimus in talibus cæteris parciores. Hęc  
ratio vim haberet aliquam, ſi non eſſet alius  
modus rationabilior & iuſtior: per quem a  
cordibus hominum hanc opinionem euelle-  
rent. Veriſſimū enim eſt oportere praelatos

amouere debere a se suspicionem auaritiæ & hypocrisis: cum debeant proximis bonâ famam, sicut Deo bonam conscientiam. Vnde fateor, quod si prælatus parce viuit, & nihilominus mille modis extorquet pecunias, & thesaurizat: iste indubie abominabilior est coram Deo, & coram hominibus cōtemptibilior, quâ illi qui splēdide viuūt. Quâ obrē ita vitâ suam instituere debet, ne auarus estimeatur, & pecunie congregator.

¶ Similiter addit Gerson dicēs. Prælatus nō solum licite potest dare eleemosinas in publico, & ante se tuba canere (hoc est, se manifestare, cum dat eleemosinas) sed etiam ad hoc ipsum tenetur pro loco & tempore: quoniam positus est in exemplum aliorum, velut lucerna ardens super candelabrum, vt omnibus luceat qui sunt in Ecclesia. Quod si fecerit, omnis vtique auaritiæ suspitio tolletur. Ille enim qui dixit, Cū facis eleemosinā, nō li tuba canere. & c. etiam dixit, Luceant opera vestra coram hominibus. & c. Per hoc docēs, opera Christianorum & specialiter prælatorum, & in abscondito esse faciēda (quo ad intentionem non captandæ laudis humanæ) & in publico etiā, propter augmentum diuinæ gloriæ. Vnde Gregorius. Sic fiat opus in publico, quatenus intentio maneat in occul-

10. Sed dices. Hoc est præcipitare prælatos in tentationes innanis gloriæ, quæ est subtilissimus quidam ventus. Fateor hoc verum esse. Quapropter non debet acceptare prælaturam, nisi qui fuerit diu iam in humilitate & feruore deuotionis, & cæteris virtutibus exercitatus. Væ enim illis qui æte huiusmodi exercitia tantum onus suscipiunt, quia multis difficultatibus se ipsos inuoluunt, cū ex altera parte teneantur opera sua facere in publico, & ex altera pateant præcipitio tumoris & vanitatis. Difficile autem est id recte agere quod non ante dedideris. Atq; in hūc sensum exponit Grego. illud Iob. 18. Posuit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Non tamen arbitretur prælatus (quanta eūq; polleat sanctitate) posse se omnino eua- dere inuidias, detractiones, & calumnias malignantium. Sed contemnat se a talibus contemni; nec extimescat eorum scandalū: quia in tali casu Dominus dicit. Cæci sunt, & dūces cæcorum. Quid mirum si omnes contradicunt tibi? Nōne de Domino dixit sanctus ille Symeō, Ecce positus est hic in signum cui contradicetur? Et Dauid, Astiterunt reges terræ. &c. Et Hiero. Omnes contradicūt mihi? Et Actuum vltimo, De secta hac, notum est nobis, quod vbiq; ei contradicatur?

Secunda pars

¶ Tertio (ait Gerson) possunt praelati moueri ad hoc genus viuendi splendidum propter authoritatem Ecclesiæ: vt videlicet habeantur in pretio. Et quidem hæc ratio est velut Achilles eorum: propter quam multos alunt familiares, qui vtinam non tales essent qui & Episcopi, & Ecclesiæ authoritati detraherēt. &c. Sed hæc ratio nullius momenti est. Primo, quia cum honor sit præmium virtutis, ipsi tenentur oues suas docere, vt homines, præcipue propter virtutem honorent, non propter factum & pompam. Vnde exquirentes honorem hac ratione docent errare oues suas, s. vt putent splendore vite veram esse causam honoris. Vnde beatus Iaco. Dánat illos tanquam acceptores personarum, qui honorant diuites ob vestem fulgidam. &c. & spernunt pauperes. Et Bernard. ad Eugen. Tu pastor procedis deauratus tam multa circumdatus varietate, oues quid hic capiunt? Si auderem dicere, dæmonum magis quam hominum pascua hæc. Siccine faciebat Petrus? Sic Paulus suadebat? Absq; his crediderunt Apostoli & apostolici viri posse impleri salutare illud mádatum, Pasce oues meas. Item si Episcopi in hoc zelant authoritatem Ecclesiæ, cur suos curatos in fordibus & abiecto statu derelinquunt: imo & aliquando udari

Bernard.  
lib. 4. cõsi.

audari patiuntur.

¶ His etiã addo, quod principes ac nobiles potius irrident quã reuereantur factum hũc: pauperes autem minus audent ad tales accedere, vt ab eis partem vitę suscipiãt. Et vidẽtes eos in otio & epulis viuere, se vero egenos & in laboribus vitam ducere, inuidẽt eis atq; detrahunt: quos si viderent in humilitate viuere, amarent: ac eorum exemplo labores suos equanimiter ferrent.

¶ Tertio, dico, quod vtq; debent procurare vt honorentur, ac in reuerentia habeantur: sed distinguẽdum est de honore. Duplex enim est honor: quidam est quem mundus solet exhibere dominis ac principibus sæcularibus, ac diuitibus. Alter est quem homines solent exhibere viris sanctitate præstantibus. Et primum quidem genus honoris quærere debent, iuxta illud. Nõ dominãtes in clãro. Debent ergo quærere secundum, quod contra tamen pleriq; faciunt. Vnde fit, vt quãuis non incidant in contemptum primo honori contrarium, non tamen vitant contemptum contrarium secundo: imo homines videntes eos splendide viuere, reputãt eos mundanos ac filios huius sæculi. Quod si contingat ob sanctimoniam contemni, nõne scriptum est. Beati eritis cum vos oderint homines. &c.

Secunda pars

& iterum per gloriam, & ignobilitatem. &c.  
O miserádā stupiditatem: ardet vitij Eccle-  
sia: flāmis vitiorum vritur sponsa tua: vix re-  
peritum vnus aut alter qui in toto corde suo  
dñm quærat, & Ep̄s vacabit splendori sta-  
tus ac delicijs: cum oporteret sacco & cinere  
indutum gēmere, vociferare, ieiunare, & nu-  
dis pedibus cū Isaiā incedere? Crescūt mor-  
bi, desūt medici, videlicet clerici probi & do-  
cti: & facultates ecclesiæ quibus medici emē  
di erant, consumentur in splēdore status?  
Clamandum erat cum Moyse Nume. II, Nō  
possum portare populū hunc: interfice me,  
ne tantis afficiar malis: & pastores euangelici  
vacabunt delicijs & pompis? Versatur in sū-  
mo periculo æternę dānationis Episcopus:  
cuius curæ tot animarū salus credita ē: & in  
tāto periculorū pelago nauigās, de splēdore  
vitæ atq; delitijs sollicitus erit?

¶ Quod Prædicatio sit præci-  
puū Episcopi munus. Caput. 7.



Vid aliud est Episcopus,  
quam quidam suæ Dioce-  
sol, & homo totus igneus,  
totus conquirendis Chri-  
sto animabus intentus, exē-  
plo semper & verbo sapi-  
sime

705  
fo. 55

sime prædicās? Vnde Apostolus ad Thimo. 1. ad Ti. 4  
 Attende (inquit) lectioni, & exhortationi, &  
 doctrinæ. Et iterum. Attēde tibi & doctrinæ,  
 insta in illis: sic enim te saluum facies, & eos  
 qui te audiūt. Ac terribilibus verbis eum ob  
 testatur. Testificor (inquit) coram Deo & 2. ad Ti. 4  
 Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos &  
 mortuos, per aduētum ipsius & regnū eius,  
 prædica verbum, insta oportune, importu-  
 ne. &c. Et instantiā suam in verbo Ephesijs,  
 his verbis testatur Actuum. 20. Per triēnium  
 non cessauī die & nocte cum lachrimis mo-  
 nere vnumquēq; vestrū. Huc pertinet illud  
 ardentissimum verbum ex Psalmo. 2. Ego  
 (ait Christus) constitutus sum rex ab eo su-  
 pra Syon montem sanctum eius, prædicans  
 præceptū eius. Quid hic dicitis otiosi pasto-  
 res, qui cathedras prædicandi ambitis, & offi-  
 ciū ac munus prædicandi negligitis? Chri-  
 stus se dicit constitutum regem ad prædicā-  
 dum, vos autem dicitis, non posse vos simul  
 regere & prædicare? Poterāt quidem vtrūq;  
 Patres nostri Gregorius, Ambrosius, Augu-  
 stinus. &c. Regebant ecclesias suas, prædica-  
 bant, scribebant. &c. Quod si per impedimē-  
 ta vtrunq; prestare non potestis, alia per ali-  
 os exercete, vobis vero docendi officium re-  
 seruate. Hoc enim vobis præcepit Conciliū  
Car

Secunda pars

Carthaginen. quartum his verbis. Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per se ipsum, sed per Archipresbyterum, aut Archidiaconum agat. Et infra. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet. Quod sancti illi patres ab Apostolis Actuum 6. acceperunt, dicentibus. Non est æquum nos relinquere verbū Dei, & ministrare mēsis. &c. Quod si pauperum ac viduarum curam posthabuerūt munerī prædicādi, quanto magis posthūissēt audiētiā litium, & quæcunq; forensia negotia? Quid intolerabilius quam Episcopum totum tempus prodigere in litibus & discordijs sæcularibus audiēdis, & exiguum aut nullum sacris lectionibus, & meditationibus tradere, quatenus possit sanctis sermonibus & exhortationibus ouium suarum animas ad terrenorum contemptū, & cælestium amorem inflāmare? Sed sunt tñ quidam huius temporis pastores qui dicant, habemus idoneos prædicatores qui hoc munus cōmodius exerceāt. Hoc adeo exhorruerunt patres nostri, vt in Concilio Hispalensi 2. quod celebratum est anno Domini. 630. habeātur hæc verba. Episcopo præsentē nō licet presbytero populum docere, aut exhortari

tari. &c. Profecto & si Episcopus sit minus doctus, aut minus eloquens, habent tamen a liquid & maius & fortius verbum pastoris: si cut lac matris vtilius esse censetur, lacte nutriticis. Audiant igitur Episcopi consilium te tro, & eis dictum a Domino putent quod Moy si ille suggessit his verbis. Esto tu popu lo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum, ostendasq; illis cere monias ritumq; colendi: & viam per quam ingredi debent. Provide autem viros timen tes Deum, in quibus sit veritas, & qui ode rint auaritiam: & constitues eos iudices mi norum: maiora vero ad te deferant. Contra quod faciunt Episcopi, qui auulsi ad ualde di ne scripturæ & sacris meditationibus, totos se tradunt litibus, curis, ac forensibus nego tijs: dimittentes essentielles actus sui officij pertinentes ad salutem animarum. scilicet medita tionem, prædicationem, lectionem, visitatio nem Diocesis. &c. Summus Pontifex erat Gregorius, & tamen in primis astrictum se agnoscebat ad officium prædicandi: unde scri bens ad Dominicum Episcopum Carthagi nen. sic ait, Episcopi est de prædicationis mi nisterio semper cogitare, intentissimo timo re considerans quod recessurus ad percipien dum regnum Dominus, & talenta seruis dis tribuens

Exo. 18.

Gregori.  
Epist. 39  
lib. 2.

tribuēs dicat. Negotiamini dū venio. Quod profeccto negotium, tunc vere nos agimus, si viuendo & loquendo, proximorū animas lucratur: si infirmos in superno amore roboramus: si pteruos & tumidos gehēnæ supplitia terribiliter insonādo, flectimus: si nulli contra veritatem parcimus: si supernis amicitijs dediti, humanas inimicitias non timeamus. Sed ad hęc ego pondus meę infirmitatis expauesco, cogitans rationem quam sum redditurus. Qua enim mēte illum sustinebo, cui de suscepto negotio animarum, lucrum nullum aut pene nullum reporto? Idē Gregorius Epistola. 37. quarti libri, comparat Ecclesiam sine Episcopo, arenti alueo. Cum autem is venit in Ecclesiam suam, est velut cum fluuius reuertitur ad arida saxa, qui iuxta positas valles rigat, vt fructum ferat, aliud quidem trigesimum, aliud sexagesimum, & aliud centesimum: & per fluentia linguę erumpūt flores vsq; ad fructus maturos. Quod si dicat Episcopus, prædicationi insto, sed fructum non video: recolat pulcherrima illa Bernar. verba ad Eugenium, sic dicentis. Fac quod tuum est: nani Deus quod suum est satis absq; tua solitudine & anxietate curabit: Planta, riga, fer curam, & tuas explicuisti partes: sane incremētū Deus quan

quādo voluerit dabit: deus inquā, nō tu: quā  
 si forte noluerit, tibi deperit nihil. Commu-  
 nica cœleste triticum sine inuidia & sine de-  
 sidia: de solo tibi credito talento respondere  
 tibi para. Si multum accepisti, multum da: si  
 modicum, & id retribue: etenim qui in modi-  
 co fidelis non est, neq; in maximo erit. Totū  
 quod habes da, quia totū repetendum ē vsq;  
 ad vltimum quadrantem. In his duobus mā-  
 datis verbi scilicet atq; exempli, summam tui  
 officij ad conscientiaē securitatem pēdere in-  
 tellige. Tu tamen si sapias, iunge & tertium,  
 studium. s. orationis. Manent itaq; tria hæc:  
 verbum, exemplum, oratio: maior autem ho-  
 rum, est oratio: nā & si vocis virtus sit opus,  
 operi tamen & voci gratiam, efficientiamq;  
 promeretur oratio.

¶ Quam utile autem sit prædicādi studium  
 ad impetrādā veniam priorū peccatorū,  
 habes a Greg. sic dicēte. Tāto celerius quisq;  
 ab omnibus suis peccatis absoluitur, quanto  
 per eius vitam, & linguam aliorum animæ  
 suorum peccatorum nexibus soluuntur. Idē  
 Gregorius, Lingua Episcopi, fomentū sit  
 bonis, aculeus malis: tumidos retundat, ira-  
 tos mitiget: pigros ac desides exacuat, ac sue-  
 cendat: asperis blandiatur, desperatos con-  
 soletur.

Gregori.  
 Epist. 27  
 lib. 6.

¶ Patientia

**P**atientia atq; cōstantia Pasto-  
ris in aduersitatibus & persecu-  
tionibus tolerandis.

## Cap. 8.



**P**ondera quæso Episcopo  
(Ezechie. 2.) condiciones  
carnalis populi ad quē gu-  
bernandum ac pascendum  
mitteris: nam vt ibi habes,  
mitteris ad gentes apoftra-  
tices: ad duros facie: ad in-  
domabiles corde: ad irritatores: ad subuerso-  
res: ad incredulos: ad domum exasperatē:  
deniq; ad scorpiones. Ad te enim pertinet  
verbū illud Iob. Frater fui draconum, & so-  
cius struthionum. Et ideo ad æquanimitatē  
& patientiam te para. Vnde Augustinus su-  
per illud Psalmi. Quia defecerunt sicut fu-  
mus dies mei, & ossa mea sicut in fritorio cō-  
frixæ sunt, dicit, quod mali sunt frixoriū bo-  
norum: tantum enim frigitur bonus quantū  
amat: quoniam tantum dolet de multorum  
interitu, quātum salutem eorum diligit. Ad  
prælatum etiam iugiter gementem quia vi-  
det se non ita fructum facere, applicat ibi Au-  
gustinus illud Psalmi. Miserere mei Domi-  
ne quoniam tribulor, conturbatus est in ira

oculus meus, anima mea & venter meus. At  
 (vt Gregori. inquit) ipsa malorum societas  
 magna purgatio bonorū est. Abel nanq; esse  
 renuit, quem Cain malitia non exercet: fer-  
 rum quippe nostræ mentis ad acumen non  
 potest peruenire veritatis, nisi hoc alterius  
 eraserit lima prauitatis. Et super illud, Sicut  
 liliū inter spinas, dicit glosa. Bonus nō fuit,  
 qui malos tolerare non potuit. Et ideo licet  
 multa aduersa nostris propositis ac sanctis de-  
 siderijs obsistant, nunquam tamen deponen-  
 dus est animus, sed semper in medio turbinū  
 muniēdus illa dulcissima promissione, Quo-  
 niam in me sperauit, liberabo eum: protegā  
 eum, quoniam cognouit nomen meum. Cla-  
 mauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ip-  
 so sum in tribulatione, eripiam eum, & glori-  
 ficabo eum. Nam (vt pulchre dicit Grego.)  
 & habetur 7. q. 1. Aduersitas quæ bonis vo-  
 tis obijcitur, probatio virtutis est, non indi-  
 cium reprobationis. Nam Paulus prædicatu-  
 rus veniebat in Italiam, & tamē veniens nau-  
 fragium pertulit: sed tamen nauis cordis in  
 maris fluctibus integra stetit.

¶ Quomodo mente turbari aut animo fran-  
 gi poterit Episcopus, quādo a carnalibus ma-  
 ledicitur, si mente recogitauerit verbū illud  
 Domini. Beati eritis cum maledixerint vo-  
 bis

## Secunda pars

bis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mētientes, propter me : gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra copiosa est in cælis: sic enim persecuti sūt Prophetas qui fuerūt ante vos, patres eorum? Gaudete (inquit) in illa die: est enim vere dies festus, qui tantam secum affert exultationis materiā.

¶ Considera etiā illud Sapien. 2. Dixerunt impij, circumueniamus iustum, quoniam cōtrarius est operibus nostris. &c. Tibi vsurpaquæso Episcopo ardentissima illa beati Ignacij verba. Quia frumentum Christi sum, bestiarum (.i. carnalium hominum) dentibus molar, vt panis mundus efficiar. Quid vis? Vis ne sine molestia & afflictione in medio carnalium turbarum viuere? Clamat Moyses. Nō possū sustinere hoc onus: occide me ne tātis afficiar malis. Hier. maledicit diei natiuitatis suæ, p̄ onus officij. Paulus clamat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vr̄or? & tu vis quiescere, ac sine molestia viuere in medio præuaricatorum, ardēte mundo, & igne carnis omnia deuorante? Igitur in medio malignantium, & persequentium recordare verbi illius beati Bernar. Ego (ait) plagis consciētiæ meæ nullum iudico accommodatius me dica-

dicamentum op, pbrijs & contumelijs. Item dicit, Legi ego apud quædam Sapietem. Nō est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerū difficultate: Ego autem dico, fidei homini magis inter flagella fidendum. Memento (ait Grego) quia charitas patiens est. Et Prouer. 12 dicitur, Doctrina viri per patientiam nōscitur: quia non potest constanter & vtiliter recta docere, qui nō nouit despectiones æquanimiter tolerare. Et regulariter impatientes fiunt arrogantes: quia dum non ferunt despici in hoc mundo, si qua bona occulta habent, ostendere conantur. Ideo scriptum est. Melior est patiens arrogate: quia magis vult despici, quam occulta bona sua manifestare. Insuper, ne multitudine superborū ac carnalium te contemnentium, nimia tristitia opprimaris: consolētur te illa Spiritus sancti verba. Recti diligunt te, Item illa. Audiunt mansueti & lætentur. Videant pauperes, & lætentur. Item, Innocentes & recti ad hæserunt mihi: quia sustinui te. Videbunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum. Sicut ergo ex milericordia Domini nō desunt ibi boni ad solatium, ita nec deerunt plurimi peruersi ad patiētiae & humilitatis exercitium. Bene dicit Augustinus. Malus ideo viuuit, vt vel corrigatur, vel vt

*Epif. 24.  
lib. 2.*

per eum bonus exerceatur. Et Gregorius inquit, Non est grande ijs esse humiles a quibus honoramur: quia hoc etiam secularis quilibet faciunt: sed illis maxime humiles esse debemus, a quibus aliqua patimur: David namq; dicit, Vide humilitatem meam de inimicis meis. Quod si nimium turbaris, quia vexant te iniqui opprobrijs ac maledictis, signum est quod non dum habes cor fixum in celo. Vnde Gregorius in quadam Epistola, Miror (inquit) quod vos qui cor fixistis in celo, verba hominum agitant in terra. Et Bernardus ad alium scribens, Fluctuas (inquit) inter prospera & aduersa, quia non statuisti pedes tuos super petram.

*Gregori.  
Epi. 24.  
lib. 2.*

¶ Grego. ad Ianuarium Episcopum, sic dicit, Perlatum est ad nos, quod Isidorum virum clarissimum excōmunicasti, & anathematizasti, nō ob aliam causam, nisi pro eo quod te iniuria affecerat: quæ res nos vehemēter afflixit: Quod si ita est, nihil te ostēdis de cœlestibus cogitare, sed terrenam conuersationem te habere significas, dum pro vindicta propriæ iniuriæ (quod sacris regulis prohibetur) maledictionem Anathematis iniunxisti: Tamē de cætero omnino esto circumspectus atq; sollicitus, & talia cuiq; pro defensione propriæ

priae injuriæ inferre dehuo non præsumas,  
alias. &c.

¶ Et ibi ad Naxalem Episcopum, qui scripserat ei se non posse legere: quia multis tribulationibus pressus erat, respondet, quod nulla est excusatio, imo quanto magis gravatur pondere tribulationum, tanto magis debet lectioni sacræ vacare. Quia scriptum est, Per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus.

*Idem.  
Epist. 37.*

¶ Et ibi, Si vitæ huius cursum veraciter attendamus, nihil in eo firmum, nihil invenimus stabile. Sed quemadmodum viator modo per plana, modo per aspera graditur, sic nobis in hac vita manentibus, nunc prosperitas, nunc occurrit aduersitas: Ideo tota mente ad illum anhelandum est, vbi quicquid est, firmum permanet, vbi non mutatur aduersitate prosperitas. Igitur nos ipsi humiliati discamus flere delicta nostra, & exaltati, aduersitatis memoriam quasi humilitatis anchoram, teneamus.

*Idem.  
Capit. 90.*

¶ Item, Quia omnipotenti Deo incessanter quotidie delinquo, aliquid mihi apud tremendum examen illius esse remedium suspicor, si incessantibus quotidie plagis ferior. Et credo quod eundem Dominum tanto vobis amplius placatis, quanto me ei ma-

*Idem.  
Epi. 31.  
lib. 14.*

Secunda pars

se feruentem amplius affligitis. Scribit etiã ad Mauritiũ Cæsare, & enumerans magnas tribulationes quas patiebatur, subiungit. Et quidem de me ipso, in nullo turbatus sum: quia teste conscientia ( fateor ) aduersa quælibet pati paratus sum: dummodo hæc omnia cum salute duntaxat animæ meæ euadam.

*Idem.  
Epi. 34.*

¶ Et ibidem, Episcopi mei (inquit) me despicunt: & contra me ac mandata mea refugiũ ad seculares iudices habet. In quo ego omnipotenti Deo gratias ago, & peccatis meis deputo.

*Idem.  
Epist. 35.*

¶ Et ad quendam Episcopum. Exorate (inquit) Dominum, vt citius me saluet a peccatorum meorum nexibus, & pondere corruptionis corporis huius. Quauis enim inestimabilis sit cœlestis patriæ dulcedo quæ trahat, multi tamen in hac vita dolores sunt, qui ad amorem cœlestiũ quotidie impellunt: quoniam dolores in hoc ipso solum vehementer placet, quia placere in hoc mũdo aliquid non permittunt. Quot autem & quantas calamitates pertulerit Grego. suo tempore, cõsidera ex hac Epistola & tribus præcedentibus. A viginti & septem annis (ait) viuimus inter gladios Lõgobardorum: & non nisi datis iugiter multis pecunijs, nos vivere sinunt. Cuncta in Europæ partibus iuri barbarorũ sunt

sunt tradita: destructæ vrbes: euersa castra:  
 depopulatæ prouinciæ: nullus terrę cultor in  
 habitat. &c. Et vno ac eodem tempore (ait)  
 mihi incūbit omnium Episcoporum, ac cle-  
 ricorum, monasteriorum, pauperum, & po-  
 puli curam gerere: ac contra insidias hostiū  
 solícite vigilare: & contra ducum malitias  
 ac fallacias suspectum semper existere. Nam  
 benigniores videtur nobis hostes nostri qui  
 nos interimunt, quā nostræ Reipublicæ iu-  
 dices, qui nos malitia sua, rapinis, atq; fallaci-  
 js, in cogitatione consumunt. Pensa (ait) cu-  
 ius laboris & doloris sunt hæc. Tandem in fi-  
 ne Epist. 35. asserit, Me infælicem vehemē-  
 ter deputauī, qui hoc tali tempore regimen  
 Ecclesiæ suscipere consensi.

¶ Et ad Anastasium Episcopum. Scio quam  
 graue sit expro culmina internæ quietis, ne-  
 goria externa tolerare: sed tempera dolorem  
 tuum, sciens quia omnibus omnia factus es.  
 Ad te pertinet vtraq; manu pro dextera uti,  
 vertendo sinistram in vsum dexteræ. i. per-  
 trahendo terrena opera ad cœlestem utilita-  
 tem. Dum enim cura temporalium ad utili-  
 tatem iustitiæ ducitur, ad fortitudinem dex-  
 teræ permutatur sinistra. Et quidem sine gra-  
 ui labore & tedio esse non possum: sed recor-  
 demur laborum Patrum nostrorum, & dura

Idem.

Epist. 37.

Secunda pars

non erunt que toleramus: Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Et Apostolus dicit, Supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita, vt tæderet nos etiã viuere. Quomodo igitur sine labore transire possumus æstum huius sæculi infirmæ nos oues, in quo grauiter sudasse nouimus & arietes? Quantas ego tribulationes in hac terra patior de Lógobardorum gladijs, de iniquitatibus nostrorum iudicum, de insolentia & importunitate causerum, de cura subiectorum, de molestia corporis mei, explicare, nec calamo, nec lingua sufficio. Hæc ille.

*Idem.*  
*Epist. 38.*

¶ Et excusans se quia non respondet ad omnia, Tantis (ait) tribulationibus circumfusus præmor, vt non dico multa tractare, sed mihi respirare vix liceat.

*Idem.*  
*Epist. 40.*

¶ Et alibi, Innumeras amaritudines patior: sed Deo gratias ago, quia minus valde affligor, quam mereor. Fige animo verba Sapientiae. 3. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electorum immortalitate plena est: in paucis vexati, in multis bene disponentur.

*Idem.*  
*Epist. 2.*  
*lib. 6.*

¶ Et ad Columbium Episcopum, qui ei scripserat, quod patiebatur multorum inimicitias, respondet, Dubium non est frater, bonos

bonos prauorum odia sustinere: diuinisq;  
intentos operibus, peruersorum aduersitati-  
bus lacerari.

¶ Et ibi, Minus pie viuis, si minus persecutio *Idem.*  
nem pertuleris. Et Aposto. Ipsi scitis fratres *Epist. 27.*  
introitum nostrum ad vos: quia non inanis *1. The. 2.*

fuit, sed ante passi multa, & contumelijs affe-  
cti. &c. Ecce Aposto. ingressu suu vacuu fuis-  
se dixisset, si contumelias non pertulisset. Si  
cut enim (ait) semina messiū gelu cooperta  
fertilius germinant, sic charitas dum inter  
aduersa astringitur, ad augmentum diuini  
amoris, ac bonæ operationis assurgit. Scio  
quod ex tot malarum linguarum sermoni-  
bus peruersis, tempestatem validam pate-  
ris, & in mente contradictionū fluctus susti-  
nes. Sed memento quod scriptum est, Exau-  
diui te in abscondito tempestatis: probaui te  
apud aquā contradictionis. Si enim interco-  
tradicientes in his quæ sunt Dei persistis, tūc  
verus operator probaris.

¶ Et in alia, Memento quod suis dixit Dñs, *Idem.*  
Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gau-  
debit. Et iterum, In mundo pressuram habe-  
bitis. &c. Et filijs sæculi, Hęc est (ait) hora ve-  
stra, & potestas tenebrarum.

¶ Idem, Christianū animū aduersitas nō deij- *Idem.*  
cit, sed accendit, promptior est in duris, *Epist. 25*  
for- *lib. 7.*

fortior in aduersis, audaciorq; in omnibus se exhibet vigor sacerdotalis: quia cum Ecclesia super petram Christi fundata est, quæ nulla impulsio conuellat.

*Idem.*

¶ Et in alia, Vuæ (inquit) & oliuæ in torculari premuntur, vt vinum & oleum ab eis exprimatur: spicæ quoq; prius excutiuntur & trituntur, vt purum nobis frumentum exhibeant: ita ergo viri sancti triturari & premi varijs laboribus debent, vt virtus eorum magis emineat.

*Idem.*

*Epist. 25.  
lib. 7.*

¶ Idem, Tantis podagræ doloribus, tantisq; curarum tumultibus premor, vt quanuis nunquam me aliquid fuisse reminiscar, valde tamen me videam non esse qui fuerim.

*Idem.*

*Epist. 127.*

¶ Idem, Ecce iam vndecim menses sunt quod valde rarum est si de lecto surgere aliquando possum: tantis enim podagræ, tantisq; molestiarum doloribus premor, vt vita mea mihi grauissima pœna sit: quotidie enim in dolore deficio, & mortis remedium expectando suspiro. Idem, Corpus meum tanquam in sepultura, ita siccatum est podagra & assidua

*Idem.*

*Epist. 35.  
lib. 81.*

& assidua nimis exacerbatione.

*Epist. 38.  
9. lib.*

*Idem.  
Epi. 1. l. 8.*

¶ Idem, Quidam Trajanus Episcopus missus ad incognitum locum, petijt a quodam Abbate sibi dari quatuor, aut quinque monachos ad solatium: quos iussit dari Grego. rationeq; in-

intulit, quia peragēs is ad locū incognitum, si proprios quorum consolatione vtatur non habeat, mens affecta tristitia, minus se ad ea quæ vtilitatis sunt erigit: & ante incipit succumbere, quam laborare.

¶ Idem, Sunt pene duo anni, quod lectulo tenor, & tantis podagræ doloribus affligor, vt vix in diebus festis, vsq; ad trium horarū spatium surgere valeam, Missarum solemnia celebraturus. Mox autem compellor cū graui dolore decūbere. Quotidie in morte sum, & quotidie repellor a morte, quia peccator grauis talis corruptionis carcere diu teneor inclusus, & compellor clamare, Educ de carcere animam meam.

*Epist. 35.*

¶ Idē, Hoc certissime scito, quia placere Deo & prauis hominibus nullus potest. In tanto ergo se existimet fraternitas tua Deo placuisse, quanto se peruersis hominibus displicuisse cognouerit. Humani autem terrores & fautores, sūt similes fumo, qui leui aura raptus, mox euanescit. Baptista laudatur quia non erat arundo vëto agitata: non humiliabatur vituperijs: non erigebatur laudibus.

*Idem.*

*Epist. 36.*

¶ Memento dicit Augustinus, quod tribula Dei incedit super triticum & super paleam: & sub eadem tribula comminuitur palea, & triticum purgatur, & manet integrū. Sic tribula

*Augu.*

*psal. 73.*

Secunda pars

bulatio super bonos & malos. Et quidē malus homo est virga Dei ad flagellandum bonum. Sicut (inquit) aliquando iratus pater apprehendit virgam, & cedit ea filium, cui tamen seruat hereditatem, ac deinde projicit eā in ignē: sic Deus per malos dānādos, exercet disciplinam bonorum liberādorū.

*Idem.*

¶ Iulianus Pelagianus scribens contra libros Augustini, multa conuitia in eum euomit: cui respondens August. in principio libri dicit, Non putes Iuliane quod ego contemno contumelias tuas: non possum contemnere ea quæ sunt mihi materia gaudij, & tristitiæ: Gaudij quidem, quia scriptum ē, Beati estis, cum dixerint omne malum aduersum vos. &c. Et tristitię, propter phrænesim tuam: iuxta illud Apostoli, Quis scandalizatur, & ego non vror? Vnde patet, quod debemus dolere quādo aliqui detrahunt nobis, propter eorum videlicet dānum,

*Idem.*

*psal. x28.*

¶ Dicit etiam Augusti, Faciat aliquis aliquid mali: obiurget Episcopus, Malus est (inquit) Episcopus: Nō obiurget Episcopus, bonus est. Et cum Episcopus est constans in arguēdo & suadēdo, mox per suspitiones quærunt crimina aduersus eum, & dicūt, Hic nō facit ea quę dicit. Et frequenter etiam imponūt ei quæ non facit: ea vero quæ bene facit, ma

male fieri dicunt: & peccata quae tolerat, vitio ei vertunt. Dicat ergo bonus Ep̄s, Sæpe expu-  
 nauerunt me. &c. tamen non potuerunt mihi  
 .i. nõ preualuerunt cõtra me, vt præbeã cõfen-  
 sum peccatis eorũ: Quid ergo fecerunt mihi?  
 Supra dorsũ meũ. &c. O quã præclare dictũ  
 ẽ, Nõ possumus peccatores trahere ad bona:  
 nec ipsi nos possunt trahere ad sua mala: Quid  
 restat? Nimirũ, vt toleremus eos. Dicat ergo  
 Ep̄s, Ascẽde super dorsũ meũ, tolerare te ha-  
 beo, quo vsq; veniat finis: sic mihi p̄ceptũ ẽ,  
 vt fructũ afferã in paciẽtia. Nõ ergo te corri-  
 go: sed tollero te, aut forte cũ te tollero, corri-  
 gis te: si tamẽ nõ corrigis te vsq; in finẽ, tolero  
 te vsq; in finẽ. Nũquid semper super dorsum  
 meũ eris? Veniet qui te inde excutiat, quãdo  
 s. hinc decesserimus, triticum ibit in horreũ,  
 palea in ignem. Impugnauerunt ergo me: ta-  
 men non opprefferunt.

¶ O securitas (inquit idẽ) tribulationũ: Forti-  
 or fuit Iob in sterquilino cõtra suã Euã, quã  
 Adam in paradiso cõtra suã. ¶ Nihil ita p̄bat  
 virũ spũalẽ, quã peccati alieni tolerãtia: quo-  
 niã spũalis potius liberationẽ eius, quã substa-  
 nationẽ, potius auxilia, quã cõuitia medita-  
 tur. Iõ dicit Apof. Fr̄s & si præoccupatus fue-  
 rit homo in aliquo delicto. &c: Alter alterius  
 onera portate. .i. difficiles mores & peccata.

Nam

*Idem.*

*psal. 133.*

*Gala. 6.*

Secunda pars

Nam qui viuit inter bene moratos viros, nō portat, sed portatur. Igitur tolerantia infirmorum & conuerlatio malorum, est magna pars crucis.

*Idem.*

*psal. 141.*

¶ Item, idem Augusti. Impij metientes nos metipfos ex semetipsis, dicunt de nobis ( .s. Episcopis ) quod quærimus in Ecclesia honores, laudes, & utilitates temporales. Quā multi dicunt de me, propterea prædicare vobis, vt acclametis & laudetis me: & hunc me habere finem, & hanc intentionem, cum loquor. At quomodo potero eis ostendere intentionem meam? Quomodo illi scient quod vix ego scio? nec enim ego me ipsū iudico. &c. Ergo pie pureq; clamemus ad Dominū. Tu cognouisti semitas meas. Vis vt Dominus ducat te per semitas suas? esto mitis, esto mansuetus, non ferox, non superbus, nō excussa & erecta ceruice: quia scriptum est, Diriget māsueros in iudicio. &c.

*Idem.*

*psal. 32.*

¶ Idem, Nonne pater cum blanditur, & cum flagellat, hæreditatem parat? Dic mihi, tu fateris te esse mēbrum Christi: si sic, quare non vis sustinere illam portionem passionum & pressurarum quæ tibi deputata est? Nam vt dicit idem Augustinus. Si nō oporteret vnū quodq; membrum Christi exoluere quasi canonicam passionum in toto processu mundi,

*Idem.*

*psal. 61*

non

non diceret Apostolus, Adimpleo ea quæ de  
sunt passionum Christi in carne mea. ¶ Item  
ibidem, Aurum non lucet quandiu est in for-  
nace aurificis, in monili lucebit, in ornamen-  
to lucebit. Patiatur tamen fornacem, vt pur-  
gatum sæcibus veniat ad lucem. Palea in for-  
nace ardet, aurū purgatur: illa in cineres ver-  
titur, hoc a sordibus purgatur. Fornax, mun-  
dus: ignis, tribulatio: aurifex, Deus.

Item.  
lib. 2.

¶ Et Augustinus contra secundam Episto-  
lam Gaudentij exponens illud, Omnes qui  
pie volunt viuere in Christo, persecutionē  
patientur, dicit, quod persecutio est non so-  
lum quando aduersitas affligit, sed etiā quā-  
do prosperitas seducit, vt homo elatione eua-  
nescat.

¶ Item, persequitur pios, nō solum qui eorū  
corpora cruciat, sed multo magis qui corda:  
iuxta illud, Vidi præuaricātes, & tabescebā.  
Magna ergo persecutio est pijs & continua,  
videre aliena peccata. Sicut Absalon multo  
amplius persecutus est cor paternum in im-  
pietate moriendo, quam viuens contra eum  
bellum gerendo: quemadmodum & Sodo-  
mitę suis moribus cruciabant Loth. Vnde &  
Dauid pater optimus filium quem non des-  
perando, non desleuerat viuum, spe finita,  
fletu occisum. Hæc ergo persecutio nunquā  
deest

Secunda pars

deest pijs. s. dolere malitiam impie uiuentiū,  
& perditionem morientium.

*Chrysoft.*

¶ Quam utiles sint tribulationes, egregie p-  
bat Chrysoft. super Psal. Ad te leuaui oculos  
meos; Hunc. n. (ait) dixerūt Iudæi constitu-  
ti in captiuitate Babilonica: qui tamen in pa-  
tria sua obliuiscēbātur Dei: cōfidentes in au-  
xilio Aegiptiorum: & idolorum suorum.

*Idem.*

*psal. 124*

¶ Et dicit idem, Non quæras vitam ab omni-  
bus negotijs, periculis, & afflictionibus se-  
motam; sed quære non inuolui ac deprimi a  
talibus negotijs et periculis: nā in portu quie-  
scens homo, redditur ignauus, mollis, &  
eneruatus: At, qui vndosum mare transmit-  
tit, & multas rupes marinas, multos scopu-  
los, & ventorum impetus sustinuit, hic ani-  
mum robustiorem fecit.

*Idem.*

*psal. 141.*

¶ Pulchris exemplis ostendit Chrysofto. vtili-  
tatē tribulationū: Sicut. n. (ait) agricola scin-  
dit comas vitiū & aliarū arborū, ne nimis lu-  
xuriētur, vt humores & vires in radices om-  
nino cōuertātur, ne in folijs cōsumptæ, pdu-  
cūt fructus inanes & inutiles: sic oportet abs-  
cindi prosperitates tēporales, vt homines cō-  
uertantur in radices. i. totas cogitationes po-  
nant in internis & æternis bonis, & non su-  
per effluent in folia: hoc est, in vana, innuti-  
lia, & in fructuosa: sed producant perfectum  
fru-

fructum pietatis. Sic aqua quæ quiescit, est noxia: quæ autem agitur, vexatur, currit, est salubris. Vide totum Psalmum, quia pulcherrime ibi exhortatur ad tollerantiam tribulationum.

¶ Item, Quædo Apostolus dicit ad Philipen. 4. quod pax Christi exuperat omnem sensum, intelligit, quod carnales non possunt capere, quomodo sit possibile, quod homo in magnis tribulationibus constitutus, possit seruare pacem cordis. i. quietem: & habere gaudium in eis. Hoc non percipiunt nisi experti. Assequuntur vero hanc pacem, quando in tempore tribulationis constituti, ex corde iustificat Deum, & se ipsos danat: sicut illi tres pueri qui dicebāt, dño Deo nro iustitia, nobis aut confusio, sicut est dies hæc, Et David, Laudas inuocabo dñm: & ab inimicis &c. Et si insurgant tētationes diffidētiae, p̄sertim de salute eterna, tūc magis insistēdū in eadē cōsideratione diuinę iustificationis, certissime credēdo quod Deus tecū agat quod iustissimū & æquissimum fuerit: siue perdat siue saluet: quāuis hoc ipse nō videas. Et hoc est benedicere Dominum in omni tēpore.

¶ Et ipse Chrysostomus, horribiliter loquitur de oneribus episcopalis officij: Vocat. n. ipsum, pelagus laborū, & abyssum ærumnarū. Et lo.

Dan. 3.

Chri. li. 3:  
c. 6. de  
sacer.

Secunda pars

loquitur de pauoribus & consternatione ani-  
mi quam passus est, cum audiuit se promo-  
uendum.

*Bernard.*  
*Epi. 32.* ¶ Bernardus consolans quendam Abbatem  
in tribulatione constitutum, dicit. Quod sicut  
in electis tribulatio operatur paciētiam. &c.  
(vt dicit Apostolus) ita e conuerso in repro-  
bis & damnandis tribulatio parit pusilani-  
mitatem, pusilanimitas perturbationem: per-  
turbatio desperationem. Igitur non vincaris  
a malo, sed spem tuam fortiter in Deo fige,  
& rei finem longanimitate expecta. Ibi iurat  
in hęc formam. O quam sincere tibi consule-  
rē, si scirem: quam iuarem, si possem: ita mi-  
hi in tribulationibus meis subueniat, is qui  
cōia scit, & omnia potest.

*Epi. 72.* ¶ Et alibi, O vere leue onus Christi, quod  
portantem non grauat, sed leuat. Quid eo le-  
uius onere, quod non solum non onerat, sed  
& portat omnem cui portādum imponitur?  
Est onus exonerās, sicut pennæ auium, quæ  
ferunt a quibus ferūtur. Nam esto appositis  
pēnis onus crescat, tamen sarcina est leuior.  
Idem de quadriga intelligēdū est. Sic enim  
oneri grauiissimo legis accedēs quadriga Euā-  
gelij, & auxit perfectionem, & difficultatem  
minuit.

¶ Bernardus præfecerat Ramaldū in Abba-  
tem

*hinc dei  
indue*

*1. 1. 1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1. 1.  
1. 1. 1. 1. 1. 1.*

tem cuiusdam monasterij, vbi erant monachi inquieti. Ideo sæpe is ad Bernar. scribebat, plangens dolores & labores suos. Rescribit vero ei Bernardus, & inter alia monet eum ne omnia mala quæ ferebat, ei significet: ne adderet tristitiam super tristitiam. Et quia ille ita fecerat, Bernar. non ferens ignorare quæ circa illum agebatur, scripsit ei rursus Epist. 74. omnino obtestas eum vt omnia ei mala nuntiaret: quia in maiore tristitia & timore viuebat postea quam cessasset scribere, quia semper timebat grauiora pericula veris: charitas enim non sinebat eum esse sui iuris: Charitas (inquit) cum semel affecerit mentem, sui iuris esse non sinit: metuit quod nescit: dolet quod non oportet: sollicitatur plus quam vult: compatitur nolens: miseretur inuita.

¶ Virtus (ait idem) in pace acquiritur, in presura probatur, in victoria approbatur.

¶ Item, Si tristitiæ semper accideret, quis sustineret? Si semper prospera, quis non contemneret? Diuina igitur sapientia sic pio moderamine hæc alternauit electis, vt nec aduersa frangant, nec læta dissoluant: cum potius illa ex istis gratiora, & illa ex ijs tollerabiliora sint: Accipiunt enim vulnera nostra post vinum, oleum.

*Ferrius d.  
E. ut. 73:*

*Idem:  
Epi. 123:  
Idem:  
Ep. 159:*

N

¶ Zelus

**Zelus justitiæ, Fortitudo**  
ac magnanimitas, contra peccata.

## Capi. 9.

*Ad Tit. 2**Isa. 56.**Ezec. 13.*

Oquere (inquit Paulus) et arguecūōni imperio; nemo te cōtemnat. De hoc differit Greg. ī pastoral. Cap. 15. vbi inter cetera sic dicit, Sepe Prælati improuidi humanam gratiam amittere formidantes, loqui libere recta pertimescunt: In hoc iam nō pastores, sed mercenarij: quia lupo oves vorante, ipsi silent: assimilati canibus mutis non valentibus latrare: quibus ab increpatione debita silentibus, dicitur. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos murū pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. Assimilantur. n. terga vertentibus hi qui ex zelo justitiæ resistere peccatoribus non curāt. Et ibi late suadet quod hoc peragat, non fluxa loquacitate (quæ potius turbat peccatorem quam curret) sed verbis grauitate & sapiētia plenis. Vnde consecrator Episcopi dicit ei, Accipe baculum pastoralis officij, vt in corrigendis vitijs pie seuias: iudicium sine ira teneas

teneas &c. Vnde de officio ordinarij ex Cō-  
 cilio habentur hæc verba, Irrefragabili cōsti-  
 tutione sancimus, vt Ecclesiarum praelati ad  
 corrigendum subditorum excessus, maxime  
 clericorum, & reformandos mores, prudēter  
 ac diligenter intendāt, ne sanguis eorum de  
 eorū manibus requiratur: vt possint dicere  
 quod Paulus Ephesijs. Mundæ sunt manus  
 meæ a sanguine omnium vestrum: Nā error  
 cui non resistitur, approbatur: et facilitas ve-  
 niæ incentium tribuit delinquēdi. Qui vi-  
 tijs (ait Aug.) nutriendis parcit, ne cōtristet  
 peccantium voluntatem, tam est miseri-  
 cors sicut ille qui non vult rapere puero cul-  
 trum ne audiat plorantem: et non timet ne  
 vel vulneratum doleat, vel extinctum. Et  
 dicit idem Aug. Letargici excitantur: phræ-  
 netici ligantur: tamen vtriq; amantur. Et in  
 quadam epistola sic dicit, Pia tristitia ac  
 beata miseria est, vitijs alienis tribulari, nō  
 implicari: merere, non habere: dolore con-  
 trahi, non amore trahi: mentibus nāq; san-  
 orum amicorum fletum cōmouet risus phre-  
 neticorum.

Igitur o pastor pete a dño vt de te aliquādo  
 dicere possis quod de se ipso dicit propheta  
 Micheas.

N z

Sapiens n. a amicis medicus infirmū  
 sūm p̄r leuiori remedio curare  
 & grauiori utitur ad medatā //

Cap. Irre-  
 fragabili

Distin.

83.

23 q. 4.

est finit a

Et. 23. q.

5.

Psal. 34.

roma  
 22 a q. 33 a q.  
 ibi. ca. alyar  
 Aug.  
 q. 33. in d. ca.  
 corrigere. p̄r  
 unum nō de p̄  
 m. t. ca. d.  
 p̄r m. t. ca.  
 p̄r m. t. ca.

Secunda pars

- Micheas* 30. Micheas, Repletus (inquit) sum fortitudine spiritus Domini, iudicio & virtute: vt ânunciam iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Qualis erat Chrysoftomus, in cuius vita habes, quod cum clericorum vitia exemplo, verbis, legitimisq; pœnis audacter infertaretur, magnam ipsorum in se concitauit inuidiam. Idem multis calamitatibus, multisq; laboribus propter Ecclesiâ & morum correctionem exhaustis, vitâ finiuit. De huiusmodi pastoribus dicit Dominus Matthæi 10. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: Qui autē perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Igitur o pusillanimis, noli fieri iudex, nisi valeas virtute dirumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis: alioquin non Episcopus, sed canis impudēs reputādus es, vt habetur distin. 83.
- ¶ Gregorius in Pasto. de correptione vitiorum, ita ait. Vitia quædam sunt prudēter dissimulanda, quia eo ipso quod dissimulanter iudicātur (videlicet, quando delinquens deprehendit culpas suas cognosci a rectore) eo ipso erubescit culpas augere, quia tacite considerat pastoris erga se patiētiam, tollerāntiam, & clementiam: & hanc Dominus exprobatat peccatrici Iudææ dicens, Non cogitasti in corde tuo, quia ego tacēs, & quasi nō
- Isai.* 57.

De moribus prælatorum. 99

videns. Quædam autem etiam aperte cognita, mature tolleranda sunt: cum videlicet nõ dum oportunum tempus aduenit, vt aperte corrigantur: nõ secta immature vulnera, de-  
terius feruescunt, & nisi cum tempore medicamenta cõueniant, constat proculdubio quod medendi officium amittant. Sed cum tempus subditis ad correptionem quæritur, sub ipso culparum pondere, patientia præsulis exercetur. Ideo scriptũ est, *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores .i. quos corrigere nequeo, quasi super impositum dorsum onus porto.* Quædam sunt occulta vitia subtiliter perscrutanda, vt aliquibus signis erumpentibus rector in subditorum mente omne quod clausum later inueniat, & interueniente correptionis articulo, ex minimis maiora cognoscat; Quod fit diligenti inquisitione, vel matura correptione. Quædam vitia sunt leniter arguenda: vt quando quis peccat ex ignorantia, vel ex infirmitate: vnde Apосто. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, corripite huiusmodi. &c. Quædã autẽ sunt vehementer increpanda: vt quando quis ex se non agnoscit quanti sit ponderis culpa sua, ex ore increpãtis hoc sentiat: debetq; cum magna zeli alperitate accendi contra obstinatos, & crimina

*Superior  
hinc ualere  
m. delerig  
feruor*

## Secunda pars

sua alleuiantes: ne si minus contra culpas accendatur, culparum omnium reus ipse teneatur. Cum. n. nihil acrius rectoris mentem frangat et excruciet quam zelus Dei (dicente Apost. Quis scandalizatur, et ego non vror) fit, ut in verba aspera contra vitia prorūpat: et quia tūc sæpe exceditur in verbis, petenda est venia ab omnium dño.

Greg.

2. Reg. 12

¶ In. 3. parte, describit idem varios modos arguendi, et admonendi, iuxta variam delinquentium conditionem: Iuuenes. n. peccātes plerunq; sunt increpandi: senes vero biando sermone attrahendi, iuxta illud, Seniore[m] ne increpaueris. &c. Item potentes seculi, sunt artificiose arguendi, ne se erigāt contra corripientem: sicut fecit Natham cum David. Sapientes vero delinquētes, sunt efficacibus rationibus superandi: inuerecundi, sūt duris increpationibus compescendi. Verecundos autem, modesta exhortatio melius cōponit. In illos. ergo directe inuehendum: hos quasi ex latere tangere sufficit. Proterui qui non cognoscunt mala sua, et exaltant bona sua, a pertis rationibus confundantur. Pusillanimes autem qui nimis cognoscunt infirmitatem suam, et valde despiciunt bona sua, laudandi in primis sunt de bene gestis, et leniter reprehendendi. Astuti et duplices artificiose sunt

sunt disquirendi: hi. n. cum sint quasi depre-  
 hensi in crimine, tātū acutis et apparentibus  
 defensionibus se palliant, more heritorum,  
 qui cū deprehenduntur varijs modis elabū-  
 tur. Illi autē qui sic iniquitatibus duruerūt,  
 quod nec per flagella corrigūtur, tātō acri-  
 ori inuectione feriendi sunt, quanto maiori  
 insensibilitate obduruerūt, Plerunq; .n. (ait  
 Greg.) sine dedignatione dedignandi sunt:  
 & sine desperatione desperandi: ita dūtaxat  
 vt ostensa desperatio formidinem incutiat,  
 et subiuncta admonitio ad spem reducat:  
 Contra hos ergo dura verba scripturarū ad-  
 ducenda sunt, vt illud, Si contuderis stultū  
 in pila quasi ptisanas, feriente de super pilo,  
 nō auferetur ab eo stultitia eius. Item, Attri-  
 uisti eos, et reuerūt accipere disciplinam.  
 Addit tamen quod etiam aliquando illi qui  
 per flagella et dura verba non corriguntur,  
 nōnūquam per blandimenta curantur: quia  
 quædam vulnera quæ curari incisione ne-  
 queūt, fomentis sanantur: & adamas qui in-  
 cisionem ferri non recipit, hirci sanguine  
 mollescit. Hec Greg.

¶ Perturbati et in furore iracundiæ consti-  
 tuti, non sunt directe et aperta increpa-  
 tione

*Proverb*  
27.

Secunda pars

tionem arguendi, sed potius declinandi : ut ad se reducti tanto libentius exhortationis verba recipiant, quāto se tranquillius tolleratos erubescunt: quia menti furore ebrīæ, omne rectum quod dicitur, perversum videtur. Aliquando tamen in ipso seruore, non directe, sed quasi auersa hasta, sunt tranquille ferendi, ac prudenter acutis, ac lenibus verbis tangendi.

*Mem.*

¶ Elati vtiliter corripuntur, si eorum correctionibus quædam laudum fomenta misceamus: Prius enim laudando bona quæ in eis sunt, fit placabilis eorum mens ad refecanda mala quæ in eis sunt: sicut equos indomitos prius blanda manu tangimus, ut eos nobis plenius postmodum etiam per flagella subigamus. Similiter conducit ad persuadendum elatis, si eorum emendationem, vel meliorationem nobis magis quam illis profuturam dicamus: & eam magis nobis quam sibi impedi postulamur: facile enim ad bonum elatio flectitur, si & alijs eius inflexio prodesse credatur.

¶ Gregorius pluribus admonitionibus utebatur contra delinquentes Prælatos. Vnde Episcopum Salonitanum negligentem, epulonem, qui quædam Archidiaconum iniuste expulerat, sic alloquitur. Fraternalitas tua post fre-

*corruptio  
superior*

*Mem.*

*lib. 17.*

*lib. 2.*

frequentatam totiens admonitionem, a cul-  
 pæ suæ errore resipiscat. Quod si forte facere  
 distuleris, vsum tibi pallij, qui ab hac sede cō-  
 cessus est, noueris esse sublatum: si vero amif-  
 so pallio, in eadem pertinacia persistis, parti-  
 cipatione corporis & sanguinis Domini te  
 noueris esse priuatum. Et comminatur post  
 diligētem inquisitionem, amotionē ab Epis-  
 copatu: ac tandem in fine concludit, Nos nul-  
 lū pro personali amore defendimus, sed au-  
 thore Deo, normam iustitiæ postposita cu-  
 iuslibet personæ acceptione, custodimus.

¶ Ad Episcopum pertinet leuia delicta in a-  
 lijs, præsertim nobilibus tollerare. Vnde Gre-  
 gorius, quia quidam patricius de animosita-  
 te accusabatur, respondet, Quanto eum nos  
 loco, & ordine præimus, tâto ( si qua sunt  
 eius leuia ) tollerare mature & grauius debe-  
 mus.

Idem.

Epi. 32.

lib. 2.

¶ Ibi etiã nota verba prudētię plena, Si ea (in  
 q̄t) quibus Deus vehemēter offenditur, in  
 sequi, vel vlcisci differimus, ad irascendum  
 vtiq; diuinitatis patientiam prouocamus.  
 Multa enim mala ad nos de quibusdam in-  
 ciuitate Parno peruenerunt, quæ quoniã ma-  
 iorem correctionem expectant, nec temere  
 credenda, nec desidiose quærenda sunt.

Idem.

Epi. 66

¶ Iubet etiam prouideri de alimētis Agatho-  
 ni

Idem.

Epi. 62.

## Secunda pars

ni ab Episcopatu ob delicta dejecto.

¶ Item arguit Rauenam Episcopum, quia per plateas pallio utebatur in letanijs, cum non nisi in Missarum solennijs illo uti liceat: Vnde ait, Decorari pallio volumus forsam moribus in decori, dum nihil in Episcopali ceruice splendidius fulgeat quā humilitas.

Idem etiam docens Episcopum Mediolanē. quomodo se debeat habere in punitione vitiorum, Vitia (ait) maturis obiurgationibus increpate, ut ipsa quoq; sacerdotalis indignatio virtute dulcedinis sit admixta: quatenus et tunc a subiectis amari debeat, etiam cum grauitur timetur. Hoc enim facit ut in reuerentia habeatur postor: quia sicut preceps furor vsitatusq; despicitur, ita contra culpas discreta indignatio plerunq; quo tarda fuerit, eo amplius sit timenda.

¶ Et tibi ad Episcopos, Oportet vos diuini respectu iudicij, clausis carnalibus oculis, nullius hominis faciem rectitudini iustitiæ præponere. Confido enim in omnipotente Domino, quia (quod ad intentionem meam attinet) nunquam sino fieri, quod meam possit grauare animam.

¶ Item adhortans Diaconum Constantinopoli. ut se opponeret contra suum Episcopum, qui sibi nomē vniuersalis vsurpauerat, Nunquam

Nunquam (ait) in hoc consentias: in nullo  
trepides, quicquid agendū in hac causa est,  
cum sūma authoritate age.

¶ Idem, Ego ex Domini largitate hoc habeo, *Idem.*  
quod cum quorundam hominum superbis *Ep. 4. lib.*  
actibus contradico, charitatis intimę custo-  
diam nunquam relinquo: sed sic ea quę sūt  
justitię foris exequor, vt ea quę sunt amoris  
minime postponam. #

¶ Quia quidā Episcopus litteras apostolicas  
missas a Greg. ac publice lectas, publice scin-  
di fecit, Gregorius scribēs Diacono suo dicit,  
Qualiter hoc patiar scis: qui āte paratior sum  
mori, quā beati Petri Apostoli Ecclesiā meis  
diebus degenerare. Mores autē meos bene cog-  
nitos habes, quia diu porto: sed si semel deli-  
berauiero nō portare, cōtra omnia pericula  
lætus vado. I

¶ Et ad Maximū Episcopū prius criminōsū, *Ep. 81. 7.*  
posthumiliatū, tria ibi dicit notatū digna. Pri- *lib. in. 2.*  
mū, credita (ait) sollicitudo nos vehemēter ā *p.*  
gebat, nequædā illicita quæ de te audieramus  
negligēter omittere videremur. Ecce, hic  
sollicitudo et zelus boni pastoris, Secūdū, sicut  
cū pseuerātibus ī culpa oportet esse districtos  
ita cū resipiscētibus, oportet esse benignos.  
Tertiū, vt tecū tēperatius ageremus, exegit  
etiā petitio excellētissimi viri Galinici Exar-  
chi cuius

Secunda pars

cuius voluntatem nec pertulimus, nec potuimus contristari.

*Idem.*  
*Epis. 127*

¶ Item ad regem Recharedum, Quādo (ait) delicta puniēda sunt, curandum ne ira sub repar, ne fiat citius omne quod licet: Non. n. ira debet præire vt domina: sed post rationis tergum velut ancilla famulari, vt ad faciē iussa veniat: nam si semel mētem possederit, iustum deputat, etiam quod crudeliter facit.

*Idem.*  
*Epi. 129.*

Ideo Iacobi 1. dicitur, Ira viri iustitiam Dei non operatur. Sic tamen superata ira, debet in trāquillitate iudicium exerceri, vt tamen in ipsa trāquillitate seueritatis censuram nō deseras.

*Idem.*  
*Epi. 12.*  
*lib. 8.*

¶ Hoc frequens est in Epistolis Grego. Quādo nūtiabatur ei crimen quod in aliqua Dio cesi accidisset sine denūtiatione punitionis, mox increpatoriam Epistolam mittebat ad Episcopum ob tarditatem punitionis: sæpe repetens hanc sententiam. Prius ad me punitionis quā delicti rumor perferri debuit. Dicit tamen, quod illa Episcoporum in puniēdis delictis sollicitudo ē utilis, & cautela laudabilis, quando totum agit ratio, & furor nihil sibi vendicat Restringenda ergo (ait) sub ratione potestas est. Et quando audito crimine concitatur mens, nihil agendū, prius quā concitata mens ad tranquillitatem redeat.

Nam cō

Nam cōmotionis tempore, iustum putat ira  
omne quod fecerit.

¶ Et ibidem, In magnis (ait) criminibus seu  
ritatem exigentibus, agendum vt culpam vl  
tio corrigat, & correctis post gratia non ne-  
getur. Quando autē excessus nō est magnus,  
sæpe ignoscendum, & relinquendum illi vn-  
de verecundiam habeat: nam quandoq; plus  
virium habet discreta in correctione remis-  
sio, quā in exequenda vltione districtio: quia  
illa facit plerunq; fideliolem ac subiectum,  
hæc vero obstinatum & æmulum.

¶ Quotiens ergo (ait) ira animū inuadit, men-  
tem edoma, vince te ipsum, differ tempus fu-  
roris: & cum tranquilla mēs fuerit, quod pla-  
cet vindica. Ira numquam est sequenda, quia  
nunquam debet præire: Alioquin inter ma-  
lignos spiritus reuocamur ad veteris homi-  
nis similitudinem: iuxta illud, Turbatus est  
a furore oculus meus: inueteraui inter oēs  
inimicos meos. Est tamē ira aliquando ostē-  
denda, non tamen exhibenda: aliquādo etiā  
exhibenda: quando videlicet placata mente  
irascimur in executione iustitiæ.

¶ Idē, In correctione hic est ordo seruandus:  
vt personas diligas, & vitia persequaris: ne  
forte aliter agens transeat in crudelitatem cor-  
rectio, & perdas quos emendare desideras.

Sic

*Idem.*

*Epi. 15.*

*Idem.*

*Epi. t. 51.*

*Idem.*

*Epif. 8.*

*9. lib.*

De moribus prælatorum.

*Micheas*  
30.

Sic enim vulnus debes abscindere, vt non possis vlcerare quod sanum est: ne si plusquã res exigit ferrũ impresseris, noceas cui prodesse festinas. Ipsa ergo tua dulcedo sit cauta non remissa: et correctio ipsa diligens sit, nõ seuera: sed sic alterum condatiur ex altero, vt et boni habeant amando quod paueant, et prauī metuendo quod diligãt.

¶ Si diligẽter legeris epistolas Gregorij, miraberis eius indefessam vigilantiam in correctione vitiorum. Quotiẽscunq; nuntiabatur ei crimẽ alicuius personæ a fide dignis, mox satagebat, vel scriptis monere delinquẽtem, vel si (vitium graue erat et dubium) vel injũgebat alicui examen, vel citabat coram se personam: si vero euidẽs erat, puniri curabat.

*Ecc e. 7.*

Deniq; nihil õmittebat de his quæ prudens iustitia exigebat. Et Bernardus inquit ad Eugen. Moueatur indignatio tua contra oppressores: moueatur miseratio erga oppressos

¶ Tito dicit Paulus, Hęc loquere et exhortare, et argue cum omni imperio. Et Timotheo dicit, Increpa cum omni patientia: quia (inquit Gregorius) Timotheus feruentioris et acrioris spiritus erat, ideo egebat temperamento et freno: Titus autem, quia mansuetioris, ideo calcari egebat & stimulo.

*Isai 57.*

¶ Exhortatur idem reginã Angliæ vt ei opẽ ferat

ferat ad punitionem prauorum sacerdotum qui in regno suo debebant: quoniã eos (.i. Episcopos) quorum est hæc insequi, nec sollicitudo eos mouet ad inquirendum, nec zelus ad puniendum. Et testatur quod causa ruinæ populi, sunt sacerdotes mali: quia tunc populus ne habet mediatores ac intercessores dignos ante Deum: neq; exēpla vitæ. Et concludit quod qui emendare potest, et negligit, participem proculdubio se fecit delicti quod non emendauit. Vigeat ergo zelus rectitudinis in vltionem vitiorū. Vide quæso quod habetur Disti. 83. de hac materia. Sūt. n. verba quæ maximū timorē iugerūt Episcopis in pētōrū correptiōe negligētibus.

¶ Ex Bernardo habes, quo perueniat homo vni vitio assuetus: obducitur enim ei calus: ita, vt iam non sentiat vulnus quod ante sentiebat: quia stupidum et insensibile factū est. Quod enim ante iudicabat amarum, nunc iam dulce putat: quod autem importabile, nunc iam leue, imo delectabile fit. Cor sic induratum, iam ipsum non scinditur compunctiōe: non mouetur precibus: minis nō cedit: flagellis induratur: Deum nō timet: hominem non veretur: nouissima non memoratur, nec curat. &c. Quis quæso interius sanare poterit inueteratum concubinarium

Secunda pars

¶ Pij cordis est (ait Bernardus) cedere importunitati, quæ ad id quod oportet, adduci nõ patitur.

¶ Ama & frequenta secretas admonitiones & correptiones paternas: sæpe enim hæc bene natis ingenijs efficaciores & vtiliores sũt, quam publicæ aut iudiciales punitiones.

¶ Contra pusillanimitatem, & scrupulos conscientiæ, vanamq; tristitiam, sæpe infestantem nonnullos pios pastores.

Cap. 10.



*Deute. 2.*

¶ Onge oportet abesse cor Episcopi a pœna illa quam ludæis Dominus comminatus est, Dabit tibi Dominus cor pauidũ, & animam maiore cõsumptam: sed potius

ad eum pertinet verbum illud Moyfi ad lo- sue ducem constitutum, Confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istũ in terram promissam. &c. Verum quidem est

*Chryso. 2. de  
sacer.*

(vt Chryso. dicit) quod fluctus animũ Episcopi concutientes, crebriores infestioresq; esse solent ventis mare conturbantibus. At tamen tunc vel maxime fiducia ac fortitudine opus est. Legi (ait Bernar. ad Eugen. papam) apud

apud quēdam sapientem. Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. Ego autem dico, quod fideli homini magis est inter flagella fidendum: Et quāvis non succedant ad votum quæ secūdam Deum conamur, Deo flagellante nos, nunquid ideo non debet homo facere quod tenetur, quia Deus facit quod vult? Igitur & si videamus multa mala, non est deponendus animus, sed semper sperāda sūt meliora: Nūquam enim magna bona mortalibus provenerunt, quæ non præcesserint magna mala. Itaq; etiam in ipso malorum & calamitatum diluio, in latitudine cordis & fiducia ambulandum est: alioqui vbi libertas filiorum Dei? vbi spiritus ille de quo Apostolus ait, Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, &c? Animus igitur qui solū Deū præ oculis habet, & facit quod in se est, cur agitabitur scrupulis: cur tristitijs euiscerabitur? cur spū pusillanimitatis constringetur? In Psalmo vbi nos habemus, iacta super Dominum curam tuā, iuxta Hebræum habetur, Projice onus tuum in Dominum .i. fidenti animo onera curarum, ac tristitiarum tuarū, in Dominum projice. Quod si ante pastorales curas & molestias fruebaris otio contemplationis, memento verbi Augu. sic dicētis,

O

Nec

*faciendo dicit  
de q. god. int. nos  
de h. m. facere  
q. d. Fenemaz*

Secunda pars

Nec otia vestra necessitatibus Ecclesiae praeponatis: cui si parturiēti nulli boni ministra re vellent, quomodo nasceremini non inueniretis. Manebas forte in monte, leuatis manibus orans cum Moyse: iussit Dominus vt descendas in cāpum cum Iosue pugnaturus cū Amalechitis: non deponas animum: quia nec in monte absq; timore viuendum est, neq; in medio Amalechitarum diffidendū: quia Loth inter Sodomitas fuit sanctus, & in mōte solus agēs, fuit incestuosus. De hoc Greg. in Pastor. pulchre loquitur in hunc modum, Qui habet dona Dei vt possit esse pastor, si vocatus, suscipere renuit, plerunq; ipsa dona sibi auferuntur: quia non pro se tantum, sed etiam pro alijs acceperat: Vnde Dominus dicens, Si diligis me, pasce oves meas, clare docuit, quod si testimonium dilectionis suae est suscipere onus pastorale, quisquis virtutibus pollens ipsum suscipere renuit, pastorem summum conuincitur nō amare. Quod si ideo curam pastorem refugiant, quia quietem cōtemplationis diligūt, sciant quod de tantis animabus rei sunt, quantis venientes ad publicum prodesse poterunt: Et iuxta legem, merito Ecclesia illum expuet, quia noluit suscitare semen fratris sui Christi defuncti sine liberis: quia paucos

a  
 Greg.  
 1. parte.  
 Cap. 5.  
 Gen. ca. 19  
 Mt. 23  
 E. (ascendit)  
 Mt. de fugor  
 in mōte (mōte)  
 in duobus die  
 in eo in pab  
 ca. in v. ois  
 fuit i. ca. mōte

paucos in vita Dominus conuertit. Dicitur autem expuere in faciem eius, quia exprobat quietem eius: & confusus & discalciatus manet vno pede. Qui enim sui & proximi curam gerit, vtrumq; pedem calciatum gerit in præparationem euangelij pacis. Qui autem sui dūtaxat, vnū pedem discalciatum habet.

¶ Gregorius ad quendam presbyterum inquit, Miror te contristatum detractionibus hominum, quasi non legeris, si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret. Igitur inter verba laudantium siue vituperantium, ad mentem semper recurrendum est: & si in ea nō inueniatur malum quod de nobis dicitur, magna debet generari iētitia, &c. Vocare tamen debemus detractores nostros & tranquille monendi sunt, eisq; omnibus modis satisfaciendum, ne scandalizentur.

Si autem satisfactionem recipere noluerint, ex illo verbo consolatio sumenda est, Sinite illos: cęci sūt, &c. Magna fiducia (ait Greg.) est plenæ mercedis in cælo, quando quis hic pro bono opere deridetur, aut despicitur. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? Et Apostolus vt seductores, & veraces, &c.

¶ Ait etiā Greg. ad Patritiū, Quoties stultos homines tibi derogare cognoueris, caue ne

*Idem.*

*Epis. 45.*

*lib. 8.*

*Idem.*

## Secunda pars

vel minima tristitia tangaris. Si autem sine peccato tuo potes (data ratione) eorum compescere murmur, ad hoc teneris: ut ad sanitatem reducantur: vocando eos secreto, & eis rationem redendo. Adducit autem ad hoc sollicitudinem Petri in tollendo scandala Iudæorum in Baptismo Cornelij.

*Actuum*

*10. et. 11.*

*Idem Ep.*

*24. lib. 11*

¶ Idem, Ego in tanto gemitu & occupationibus vivo, ut ad dies quos ago me peruenisse peeniteat: sola mihi consolatio est, mortis expectatio. Vnde pro me orate, ut de hoc carcere cito egrediar, ne tantis laboribus diutius torquear.

*Idem.*

*Epi. 73.*

¶ Bernardus ad Renaldū Abbatem inquit, Onus, animarum est infirmarum: nam quæ sanæ sunt, portari non indigent, ac per hoc nec onus sunt, igitur ægros moribus exhortando, increpando, agis opus tuum, & portas do sanas, quos sanando portas. Si quis vero ita sanus est, ut magis iuuet te, quam iuuetur à te, huius te parem, non patrem cognoscas. Tamen in sanis minus lucraris, quia tua tibi præmia minuis. In infirmis autem in tantum magis lucraris, in quantum magis grauaris.

¶ Non sis pusillanimis permittens te seduci & trahi ab insipientibus ad eorum praua studia vel minus bona consilia: quales erant illi quibus Apostolus per ironiam & suggillationem

nem dicit. Libenter suffertis insipientes, cū sitis ipsi sapientes: sustinetis enim si quis vos in seruitutē redigit, &c. Nulla ergo te verba, nulla mūdi autoritas reuocet ab apostolicis & rectis cōsilijs & institutis. Propter hoc enim scriptū est. Nolli esse humilis in sapientia tua: ne humiliatus in stultitiā seducaris.

Eccli. 13.

¶ Patres heremi valde cōmendabant discipulis suis vt nunquā demisso & inertī, sed vigilantī & attento ac sollicito animo semper incederent. Hoc enim modo, velut parati & in procinctu quodam erāt ad omne bonum: Paratus enim animus ad negotia, plusquam dimidium est negotij.

¶ Scrupulis semper angi, & de peccato irrationabiliter morderi, interdum oritur ex nimio amore sui, quo homo diligit se. Ex quo oritur vt plus æquo timeat periculum suæ salutis. Satagit etiam Sathanas, vt quando non potest auferre à corde hominis timorē D:ī, saltem faciat illum timere vana & falsa pericula: vt non perfruatur pace consciētiae.

¶ Scrupulosi sunt valde contumeliosi diuinæ bonitati, nec de illa recte sentiunt, quasi Deus iudex quidam esset iniquus, qui occasiones quæreret ad homines illaqueandos: tamen ipse plusquam nos desideret salutem nostram. Quod autem à nobis potissimum

*co sola  
no. eser  
upulsi*

## Secunda pars

num requiritur est, firmissimum propositum ac decretum quiduis potius subeundi, quàm illum offendendi. Quisquis vero tale propositum fixum in animo habet, non est cur debeat varijs scrupulis angi.

¶ Supremũ remedium scrupulorũ est, humiliter submittere se aliorũ iudicio. Hoc enim remedium à Deo datum est: vt qui sua se prudentia curare non potest, aliena iuuetur. Et quãuis contingat falli & errare aliquando eũ qui consilium det, non fallitur tamen is qui accipit, quando ex mandato Domini sequitur consilium eius.

¶ Omnis amaritudo animi vndecunq; veniat, efficaciter est repellenda: quia suauitas deuotionis q̄ omnem supereat dulcedinẽ, non potest esse simul cum quauis amaritudine. Ideo vigilanter incedendũ est: neq; vllus aditus seculari tristitię aut immoderatę solitudini aperiendus: sed eam omnẽ protinus in Dominũ projicere debemus: atq; fiducia securi, in pace & tràquillitate cor nostrũ perpetuo retineamus.

*Epi. 258.*

¶ Bern. scribens ad Eugeniũ Papam, suadet vt non detineat in regimine pastorali quemdam, qui omnino inuitus acceptauit, & inuitus exequebatur: allegãs beatũ Ambrosium dicẽtem, quod nemo inuitus benefacit, etiã  
si

si bonū sit quod facit: quia nihil prodest spiritus timoris, vbi nō est spūs charitatis, &c. Et ad ipsum qui obstinate renitebatur curæ Abbatiali (fratrē scilicet Rualenū) scribit epistolā, vbi hortatur eū, quod cōfortetur in Domino, & nolit iā cōtra stymulū calcitrare. In duere (ait) fortitudine, cōfidens & sciēs quia gaudiū Dñi fortitudo tua: induere igitur lætitia salutari. Et libro de interiori domo dicit, qd' tristitia omnis boni impedimētū sit.

260.  
Cap. 15.

Augusti.

¶ Vis scire vnde oriatur diffidentia salutis? Lege Aug. in præfatione Psalmi, Beati quorū: vbi hæc habet, Mala cōsciētia tota est in desperatione: bona conscientia tota est in spe: retrahit enim mala conscientia à spe. Et subdit, Qui igitur vult habere bonam spem, habeat bonam conscientiam: ad habendum autē bonā conscientia, credat, & operetur.

*no labeda  
bona. cōsciētia  
credere in  
operetur opa  
per*

¶ Quid horres (inquit Augustinus) labores? An nescis quia fornax mundus, ignis tribulatio, aurum electi, palea iniqui, aurifex Deus: ardet palea, purgatur aurum: palea vertitur in cineres, aurum purgatur à sordibus. Quod vult ergo (inquit) artifex facio: vbi me ponit tolero: iubeor tolerare, nouit ille purgare: ardeat & fulgeat palea ad incendendum me, & quasi consumendum: sed tamen illa tandem vertetur in

Augusti.  
Psal. 61.*nota*

Secunda pars

cinerem, & ego sordibus carebo. Subiecta ergo esto Deo anima mea: quia ab ipso patia entia mea.

*Bernard.* ¶ Bernardus cuidam Abbati qui pponerebat  
*Ep. 82.* dimittere Abbatiam vt sibi quietius vacaret, omnino hoc interdicit: tum quia charitas nō quærit quæ sua sunt, tum quia sequetur scādalum & turbatio pacis. Libenter (ait) carebo quantolibet, etiam spiritali quæstu, qui non possit acquiri nisi cum scandalo. Vbi. n. scādalum, ibi procul dubio charitatis est detrimentum: Vbi autem est diminutio charitatis, non potest sperari spiritalis exercitij pfectus. Itē qui ppriā quietē cōmuni vtilitati pferret, nō potest dicere, Mihi viuere Christus est, & mori lucrū. Et vbi erit illud, Nemo sibi viuuit, & nemo sibi moritur. Et illud, Nō qd̄ mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiāt. Et, Vt qui viuūt, jā nō sibi viuuat, sed ei qui p ipsis mortuus est. Et illud, Alligatus es uxori, noli querere solutionē, &c. Deniq; ait, Illud desideriu ppriē quietis spiritalis, esse immissum à diabolo: qui eam rationē excogitauerit turbande vnitatis & pacis. Atq; is suggerit vt dimittat certum bonum quod tenet, spe futuri & incerti boni.

*Bernard.* ¶ Et alium Abbatem in eodem casu sic mo-  
*Epi. 86.* net, Tene quod tenes, mane in quo es, & stu-  
 de

de prodesse quibus præs: nec præesse refuge, dum prodesse potes: quia væ quidem tibi si præs & non prodes: sed ve grauius, si quia præesse metuis, prodesse refugis.

¶ Et ad quendam qui contra consilium eius conatus fuerat à se rejicere sarcinā curæ pastoralis, dicit, Attende si licuit Christiano in iunctam sibi dimittere obedientiā ante mortem, cum Christus factus fuerit obediēs vsq; ad mortem. Si dicis quod impetraisti licentiam ab Episcopo cedendi, dico quod cū fuerit importunitate extorta, non fuit licentia, sed violentia: quod enim tua importunitate victus Episcopus, inuitus fecit: non fuit absolueret sed abrumperet: Gaudes quia exoneratus es, & ego vereor quod Deus sit in te ex honoratus: cuius proculdubio ordinationi resistis, dum promotus ab illo, tu te dejicis. Oportebat etiam patienter portare onus impositum, animo non frangi, pusillanimitate non vinci: & semel susceptum deponere nō licebat. Si allegas difficultatem vel impossibilitatē, omnia possibilia sunt credēti. Hoc verum est quod ideo deposuisti, quia magis tibi placuit quies tua, quam vtilitas aliena: nec mirum: placet fateor & mihi quod hæc quies placeat tibi: si tamen nō nimis: Quod cunq; autem bonū ita placet, vt si recte fieri

non

Bernard.  
Epi. 87.

*contra quod  
reliqui sunt  
beneficium.*

## Secunda pars

non possit, placeat tamen fieri eo modo quo fas non est, nimis est: ac per hoc iam quia bene non fit, non est bonum. Igitur oportuit te vel non suscepisse gregem dominicum seruandum, aut susceptum nequaquam relinquere. Nolo ergo te in desperationē mittere: quia iam fecisti: sed nolo quod reputes hoc paruam culpam: sed ob illā semper timeas, sepe per pœniteas: Neque putes me indignari quia non acquieuisti consilio meo: cū potius quādo mea sententia eligitur, graui onere premi me sentio, rei finem pauidus expectans.

**Bernard.** ¶ Cui iustius uiuam, quam ei qui si non moreretur, ego non uiuerem? Seruiamus ergo illi in illa chatitate quæ timorem expellit, labores non sentit, meritum non intuetur, premium non requirit, & tamen plus omnibus urget: Nullus terror sic sollicitat, nulla premia sic inuitant, nulla iustitia sic exigit.

**2. de vita contemp. Cap. 16.** ¶ Non consterneris animo quia quietem nō habes, ut. n. dicit Prosper, qui p multis occupatur ut alij proficiant ac Deo vacent, profectus illorum eius fructus est: & qui sollicitudines omnium portat, in ipsis proficiētibus proficit, & gloria illorum gloria eius est.

**Prosper. 1. 105. 3.** ¶ Charitas (ait idem) omnium profectus, suos reputat: ac de alienis peccatis, tanquā de proprijs misericorditer luget.

¶ **Basilius,**



Secunda pars

salutē, potest authoritate Papæ deferere curam pastoralem: quis solus Papa potest dispē sare in voto perpetuo quo quis se astrinxit ad curam subditorum, dum Episcopatum suscipit.

*Augusti.* ¶ Augustinus contra literas Petiliani sic dicit. Vnguentum spiritualium gratiarum descēdit à capite Christo, & vngit barbam: per quam intelliguntur viri fortes in Ecclesia. i. veri pastores: deinde ad reliquum populum.

*Chry. li. 3 de Sacer.* ¶ De magnanimitate ac fortitudine animi quam debet habere Episcopis cum vexatur importunitatibus pauperum ac viduarum, loquitur Chrysostomus. Paupertas ( inquit ) est malū insatiabile, querimonia semper & ingratitude plenū: ideo absit vt Episcopus turbetur quando viduæ pauperes in tempestiue obtundunt, aut immerito expostulant. Illorum enim infœlicitas, misericordiam potius quam contumeliam meretur:

*13* & extremæ crudelitatis est addere dolorem dolori. Absit vt is excandescat ira ppter pauperum efflagitationes, aut assiduum illorum occursum. Et de hoc habes in Eccl. vt idē citat.

*Eccle. 4.* Quod si non cōsolaris verbo, sed potius tua destomachatione anxietatē auges: quāvis dones aliquid, non sentit subsidium. Quod si vultu ac verbo consolaris, donum condu-

*elimosina*

plicas:

plicas: Ideo dicitur, Melius verbum quam datum. Ibidem etiã differit de ægrorum curâ, de hospitibus recipiendis, de virginibus Christi & curandis, & custodiendis. *Eccle. 18.*

¶ Episcopus pusilli & exigui animi, seq; nimium amans, ingruente aduersitate, statim cogitare incipit, quomodo impositum sibi onus excutiat, vt quiescat. Non sic Athanasius, non sic Chrysostomus: imo insurgentibus contra ipsos principibus, &c. tũc acrius pro Ecclesia certabant: & se ipsos pro ea murum opponebant: quia videbant hoc expedire ad gloriam Christi, & ouium salutem.

¶ Chrysostomus super illud. Nemo adolescentiam tuam contemnat, dicit, quod Episcopus in his quæ ad se pertinent, constanter ferat contemni, maledici, & lacerari: nam si in his velit se vlcisci, omnino taxabitur. In his quæ pertinent ad salutem aliorum, omnino non ferat contẽptum, sed imperio & autoritate sua vtatur: summa cura prouidens ne quid noxiũ immineat gregi: Aliter enim facere, non mansuetudo, sed stultitia est.

¶ Quid pusillanimitas ait? Si hoc aut illud fecero, multis displicebo. Quid ergo vis? An speras quod apostolica instituta & euãgelica consilia, carni placitura sit? Obtura ergo

*Chryf.  
Hom. 13.  
1. ad Tit.*

*Bona cura  
Vide*

Secunda pars

B
 aures vocibus carnalium, vt Christū audias:  
 ¶ Duplex martyrium occurrit in pastoralī  
 officio: alterum quidem mere pœnale: quod  
 præcipue versatur, siue in laboribus externis,  
 siue in internis amaritudinibus, angustijs,  
 exacerbationibus, ariditatibus, &c. Alterum  
 vero oritur ex scrupulis & perplexitatibus:  
 quæ circa agenda vel non agenda occurrūt.  
 Hoc autem non est mere pœnale: quoniam  
 habet annexum periculum culpæ: & hoc est  
 longe terribilius & intolerabilius: Verbi gra-  
 tia. Sit ne puniendum an ferendum tale cri-  
 mē: an permittendū quod ille non residueat:  
 quod non habeat plura beneficia, & multa  
 his similia. In quibus casibus ad anchoram  
 orationis confugiendum est. Ora igitur, di-  
 cens. Domine tu omnia nosti: tu scis quod  
 nulla ratione volo displicere tibi: quī potius  
 occidi magis quā te offendere paratus sum:  
 Illumina ergo oculos meos, & doce me face-  
 re volūtātē tuā: quia Deus me<sup>9</sup> es tu. Erit au-  
 tē maximū in his āxietatibus & scrupulis so-  
 latiū, si animus bene sibi cōscijs, animaduer-  
 terit has oēs anxietates nō ex aliquo peccato  
 pprio, aut inordinata aliqua affectione ad  
 terrena, sed ex sola cura & solitudine curæ  
 pastoralis oriri. In hoc. n. casu cum homo id  
 præstat qd̄ præstare potest, nō habet cur ani-  
 mus laceretur aut discrucietur.

# ¶ Prudentia ac circumspectio pastoris, in verbis & factis.

Caput. 11.



Distinct. 23. Capit. Qui Episcopus ex Concilio Chartagineñ. 4. cui interfuit Aug. sic legitur, Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur si sit prudens, si

docilis, si moribus temperatus, si peruigil, si semper suis negotijs cauens. Nam ppter stolidam aut stultam simplicitatem repellitur aliquis ab Episcopatu, vthabetur. 39. Dist. Vbi dicitur, Petrus diaconus quem a vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est: & nostis quoniam hoc tempore talis in regiminis arce debet constituit, qui non solum de salute animarum, sed etiam de extrinseca vtilitate & cautela sciat esse sollicitus: sit humilis & affabilis: & in sensibus scripturarum cautus, & acutus.

¶ Inter omnia vitia prudētię contraria, quod primo loco cauendum est, est facilitas credulitatis: vt expresse habes à D. Bernardo, qui sic ad Eugenium ait. Est o vnum vitium: cuius si te sentis immu-

Dist. 29.  
Capit. Petrus.

Bernard.  
2. de cōsi.  
Capit. 13.

cathedras

Secunda pars

22. cathedra ascenderunt sedebis (meiudice) solitarius: hoc est, facilitas crudelitatis: cuius callidissimæ vulpeculæ, magnorū neminem comperi satis cauisse versutias: ex qua in ipsismet pro nihilo multæ nascuntur iræ: Inde innocentum frequens addictio: inde præiudicia in absentes, &c. Ioannes in Extrauagante. Diuinis, ita ait, Nos mala contra aliquē dicta nolumus prius credere, quam probare. ¶ Manum tuam (ait Bernar. cuidam Episcopo) misisti ad fortia, fortitudine opus est: speculator factus es, prudentia opus est. Hęc est Abbatissā virtutum: nulla earum aliquid bene agit, nisi ea dirigente. Memento verborum Iob, Causam quam ignorabam, diligentissime inuestigabam. Attende à falsis Prophetis. i. consultoribus, quorū consilia Deo non sunt odorifera. Caute audienda sunt eorum hominum consilia, in quibus non constat vigere timorem Dei, aut qui affectibus carnis obnoxij sunt.

¶ Præcipitur nobis quod in conuersatione simus simplices, suauēs, dulces, sicut columbæ: prudentes tamen sicut serpentes. i. seruantes caput. i. charitatem: hoc est, nihil omnino illicitum facientes ob c. iusquam auctoritatem, respectum, preces, amorem, timorē, &c. vigilantissimis oculis perspiciendo, an  
in eo

in eo quod petitur latet aliquid veneni: ut  
 constanter quidem, & tamen suauiter nege-  
 tur. Item oportet oculis linceis videre dia-  
 boli facundiam. Nihil est quod non aliquas  
 apparentes rationes habeat, & quod non pos-  
 sit verbis honestari praesertim hominum elo-  
 quentium. Cuiusmodi sunt ea quibus mul-  
 ti probare contendunt magnificum appara-  
 tum atq; splendorem decere domos Epi-  
 scoporum. Quibus tamen nullo modo aduer-  
 sus Patrum & Conciliorum decreta & exē-  
 pla concedendum est, iuxta illud, Ne trans-  
 grediaris terminos antiquos, q. p. p. r.

¶ Ecclesi. 32. Sine consilio nihil facias, & post  
 factum non poenitebit. Et ibidem etiam, An-  
 te omnem actum consilium praecedat te. Sed  
 cuius? Hoc etiam dicitur ibidem, Anima (in-  
 quit) viri sancti annuntiat aliquando vera  
 plusquam septem speculatores sedentes in  
 excelso ad speculandum.

¶ Qui praecipitanter & absq; praeuio consilio-  
 res agunt, plerunq; penitet eos factorum.

Ideo scriptum est, Fili sine consilio nihil fa-  
 cias: & post factum non poenitebis. Et, Pal-  
 pebrae tuae praecedant gressus tuos. Praelatis  
 cauenda sunt duo extrema. s. pertinacia, &  
 inconstantia. Pertinacia ex superbia nascitur:  
 qua homo meliorem se caeteris estimas sen-

Eccl. 32.

37.

Eccl. 32.

Prou. 4.

Secunda pars

tentiam suam aliorum sententijs anteponeat. Quibus dicit Apostolus, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Inconstantia autem ex leuitate nascitur: Ideo dicitur, Cor. stultorum dissimile erit: quia dum mutabilitate se varium exhibet, nunquam idem quod fuerat manet.

*Greg.  
Epis. 33.*

¶ Quomodo Gregorius cedebat consilio multorum, colligere poteris ex *Epis. 33.* Scribens n. cuidam qui a monachatu apostatauerat, sic ait, Si pro zeli mei ardore forte in hac causa suspectus sum, cunctam simul Ecclesiam in consilio huius disceptationis adhibeo: & quicquid omnibus fieri salubriter placet, ego in nullo contradico: sed quod in comune decernitur, lætus impleo, & subscribo.

*Idem.  
Epist. 30.  
Lib. 3.*

¶ Animaduerte quam humiliter & suauiter Greg. respondet Constantiæ Augustæ: quæ petebat ab eo, quod ipse dare debite non poterat, reliquias scilicet corporis D. Pauli. Dū desiderarem (ait) illa mihi a vestra serenitate imperari in quibus facilimam obedientiam exhibēs, vestram erga me amplius potuissē puocare gratiam, maior me mestitia tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec possum, nec audeo. Et miranda quædã ibi ad sui excusationem commemorat. Nihilominus tamen promittit ex catenis eius Apostoli particulas

las quasdam lima subtractas se ad eam missurum.

¶ Et in alia Epist. cuidam scribit se grauius commiserat, quod is petiuisset ab eo quaedam in quibus voluntate eius non poterat facere: quia ratio obstitabat. Itaque cum magna dulcedine ratione reddita, negabat quod petebatur, quando fas non erat concedere.

¶ Et contra Ioan. Episcopum Constantinensem qui sibi nomen

Idem.

Epist. 36.

Lib. 4.

vniuersalis Episcopi usurpauerat, Prius (ait) modesta admonitione pulsandus est animus eius: qui si nequaquam a suae elationis rigore voluerit inclinari, tunc quid fieri debeat cum omnipotentis Dei solatio subtilius pertractabitur. Non enim pacem veraciter tenemus, nisi cum superborum culpas cum charitate simul & iustitia persequimur: diligentes homines, & vitia persequentes. Vulnere nempe (ait) quae ressecanda sunt, prius leui manu palpanda sunt.

Epist. 38.

¶ Et ad Castorium (cui causam quaedam examinanda commiserat) Vide (ait) ne negligenter agas, ne fidem aut deuotionem tuam quisque corrumpat. Omnia age blande, & dulciter: ut actio tua districta sit, & lingua mitis. Non sis contentus duas aut tres personas requirere: require grauiores quotquot inueneris.

Idem.

Epist. 33

Lib. 5.

¶ Semper in corde geras illud Bernardi, quod is protulit in fine vite, Semper minus meo sensui quam alterius credidi: scandalum nemini facere volui: & si incidit, sed aui ut potui.

Bernard.

Secunda pars

*Gregori.* ¶ Et Greg. inquit, Ego Iesum inuoco testē  
*Epist. 28.* in animam meam, nulli hominum à summo  
*Lib. 6.* vsq; ad vltimū, occasionem scandali me da-  
 re velle.

*Greg.* ¶ Contra quendam Episcopum senē ita scri-  
*Epist. 1.* bit. Quauis scriptum sit, Seniorē ne incre-  
*Lib. 7.* paueris: hoc tamen intelligitur, quando cul-  
 pa senis non trahit ad interitum iuniores:

Nam senex exemplo peruertēs iuuenes, di-  
 stricta increpatione feriendus est: Nam scri-  
 ptum est, laqueus iuuenum omnes vos, &c.

*Idem.* ¶ Idem etiam dicit, Non fiat Abbas qui sibi  
*Epist. 91.* sapiens esse videtur, nec est in suo sensu hu-  
 milis.

*Idem.* ¶ Idem, Sacerdotali proculdubio conuenit  
*Epi. 58.* grauitati, vt emergentes causas & querelas  
*Li. 8.* Ecclesiæ suæ, sine mora diffiniat: aut (si fieri  
 potest) pacifica ordinatione, aut certe, iudi-  
 cio interueniente.

*Idem.* ¶ Idem, Mentibus duris simul omnia vitia  
*Epist. 81.* abscindere impossibile est: quia is qui gradū  
 summum ascendere nititur, gradibus vel pas-  
 sibus, non saltibus eleuatur. Vnde Augusti-

*Epist. 71.* no Episcopo Anglorum precipit ibi ne per-  
*Lib. 9.* mittat Anglis recenter ad fidem conuersis,  
 immolare animalia idolis vt solebāt: sed per-  
 mittat tamen vt occidant ea in festis marty-  
 rum, vt ex eis celebrent cōuiuia prope Eccle-  
 siam

fiam in tabernaculis ex ramis contextis, &c.  
 ¶ Et in alia Epif. increpat valde quendam *Idem.*  
 Episcopum quia non exhibebat studium di *Epi. 29.*  
 lectionis monasterijs, & oppreffis pauperi- *Lib. II.*  
 bus: nec opem ferebat supplicantibus in iu-  
 ftis petitionibus, nec volebat audire confilia  
 prudētum: nec feruabat grauitatem Episco-  
 po dignam, vt pote qui quotidie pergeret ad  
 mare vno aut duobus clericis comitatus:  
 Quo fiebat vt apud suos effet in fabula, & a-  
 pud extraneos fic vilis ac despicibilis, vt ni-  
 hil habere autoritatis aut grauitatis iudica-  
 retur.

¶ Item ad alium Episcopum qui commotus *Idem.*  
 ira excommunicauerat quendam Abbatē, Fre *Epi. 29.*  
 quenter (ait) admonuisse vos recolo, vt in p *Lib. 12.*  
 ferenda sententia esse præcipites nullatenus  
 deberetis. Præsertim cum ille effet in ægri-  
 tudine constitutus. Quem. n. diuina discipli-  
 na conterit, ei humana flagella addenda non  
 sunt. Igitur quantum exasperasti illum, tan-  
 ta nunc dulcedine consolare.

¶ Et in eodem casu, Causæ quæ per senten- *Idem.*  
 tias (inquit) sunt decidendæ, necesse est vt *Epi. 30.*  
 prius studiosa & frequentissima considera-  
 tione mensurentur: nihil potestati, sed totū  
 æquitati tribuatur.

¶ Bernar. Plures sunt qui sine quærela inter *Bernard.*  
 P 3 fratres

## Secunda pars

fratres conuersantur: super fratres vero, non solum inutiliter, sed etiam insipienter & nequiter. Pauci namq; sunt qui vtiliter, pauciores qui humiliter præsent. Qui autem ad hoc sunt idonei, illi nimirum sunt, qui matrè virtutum discretionem perfectè adepti sunt. Qui etiam vinū charitatis vsq; ad contèptū propriæ gloriæ, & vsq; ad suimet obliuionē, (non quærendo quæ sua sunt, Spiritus sancti magisterio) ebiberunt. Nam virtus discretionis absq; charitatis feruore iacet: & feruor vehemens absq; discretionis temperamento, præcipitat. Nam feruor debet erigere discretionem, & discretio feruorem regere debet: ac demum subiectis, nec desit in cura, nec in superbia præsit.

*Ide*

*Dem.*

*ad Cons.*

*Euge.*

¶ Et ad Eug. dicit, Mater fortitudinis est prudentia: neq; est fortitudo sed temeritas quilibet ausus, quem non parturivit prudentia.

¶ Idem ad eundem, Non solum cauere tenebris quod malum est, sed quicquid male fuerit coloratum.

¶ Et ibi, In omni agendo tria consideranda, An liceat, an deceat, an expediat.

¶ Quando litigantes veniunt ad te de suis negotijs tractaturi, duo tibi facièda sūt. Primū da operā vt inter illos de pace & negotio cōueniat. Deinde exhortare ne, p̄ terrena possessiuncula,

siuncula regnū cælorū amittāt, &c. Et sic etiam internegotia tēporalia facultas tibi dabitur diuina tractandi: atq; ita in hoc etiam opere pastoris officium exequeris.

¶ Ora cū sapiente ante cuiusq; grauioris negotij decisionē dicēs, Da mihi Dñe sedium tuarū affiltricē sapientiā, & noli me rephare à pueris tuis: quoniā seruus tuus sum ego, & & filius ancillæ tuę: homo infirmus, & exigui tēporis, & minor ad intellectū iudicij & legū. Sequitur, Mitte illā de cælis sanctis tuis vt mecū sit, & mecū laboret: vt sciam quid acceptū sit apud te. Scit. n. illa omnia & intelligit. Et deducet me in operibus tuis sobrie.

Quis, n. hominū potest scire consilium Dei? aut quis potest cogitare quid velit Deus? Cogitationes mortalium timidæ & incertæ, prouidentię nostræ. Sensum ergo tuum, quis sciat: nisi tu dederis sapiētiam & miseris Spiritum sanctū tuum de altissimis?

¶ Cū fatuis consilium non habeas: non. n. poterunt diligere, nisi quæ eis placent. *Eccl. 8.*

¶ Primum ac præcipuū remedium curando peccatori est, sic dulciter eum tractare, sic omnibus eum sinceri amoris verbis & obsequijs prosequi, vt ille verā hanc intelligat dilectionē. Hoc. n. iacto fundamento, quicquid dixeris, libenter accipiet.

Secunda pars

11. q. 3. ¶ Gregorius, Summopere præcauendū est, vt rectores Ecclesiæ, & qui publica iudicia exercent, nullatenus leuitate aut fauore ducti, sint præcipites: sed causis prius diligēter ventilatis, cum res quę ignorabatur plenè ad notitiam venerit, tunc diuina & humana lege resoluatur. Et secundum quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione, diffinitiuā sententia proferatur.

Dist. 45. ¶ Idem, Omnis qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroq; penso iustitiam & misericordiā portat: sed per iustitiam, reddit peccati sententiam: per misericordiam, peccati temperat pœnam: vt iusto liberamine quædam per æquitatem corrigat, quædā per miserationem indulgeat. Qui. n. Dei iudiciū ante oculos suos proponit, semper timet & tremet in omni negotio, formidans ne de iustitiæ tramite deuians, cadat.

Dist. 45. ¶ Item ex eodem alloquens Episcopos, Licet plerunq; accidant Episcopis quæ sunt reprehendenda, plus tamen apud eos corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas: plus cohortatio, quam commotio: plus charitas, quam potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione aut sine peccato viuat. Nam si Dominus Petrum statim post trinam negationem iudicasset, non tātum fructum ex eo percepisset.

percepisset. Rectores igitur Ecclesiæ delinquentes, magis sunt excitandi ac corrigendi, quam iudicandi. At dicit Bea. Antoni. hæc esse intelligenda in peccatis occultis, vel in peccatis ex passione & fragilitate commissis: non autem quando procedunt ex consueta malitia interueniente pertinacia: vt patet ex eiusdem sententiâ supra citata: quæ incipit, Quauis scriptum sit seniore[m] ne increpaueris, &c. Et alibi, Ea (inquit) quæ in nobis committuntur, facile possumus dimittere: ea vero quæ in Deum, non sine pœnitentiâ possemus relaxare.

¶ Idem habet in alio loco, Sicut nostra defendimus, ita iuribus alienis ambitu stimulante nequaquam derogamus: nec etiam gratia fauente alicui plus quam meretur impartior. ¶ Quomodo authoritas regiminis simul seruanda sit cum ministerio misericordiæ, colligit Greg. ex illo Iob, Cũq; sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen morientium consolator.

¶ Bernard. admonet Eugeniũ Papam vt caueat sibi ne fallatur: quia quãto potestas maior est, tanto turpius & periculosius erratur. Ac nominatim designans quẽdam, ait, Non vos fallat miserãdã facies illius, vilis habitus, vultus supplex, demissa supercilia, verborum humilitas,

Epi. 1.

Lib. 7.

22. q. 4.

Si is qui

25. q. 2.

Epi. 247.

Secunda pars

humilitas, neq; ipsæ quidē lachrimulæ cur-  
rētes (vt aiunt) ad nutum eius doctē mētiri.

64.

¶ Habes pulchram Episto. 64. Augu. ad Au-  
relium Episcopum: In qua vbi reprehendit  
deprauatam Africæ consuetudinē s. quod  
fæculares celebrabāt magna conuiuia in cœ-  
miterijs ad honorem martyrum, docet ibi  
quomodo se debet habere Episcopus quādo  
hmōi vitia emendare vult, qui multos habēt  
autores. Quantum existimo (inquit) non  
aspere, nō duriter, nō modo imperioso ista  
tolluntur: sed magis docendo, quam iubēdo:  
magis monendo, quam minando. Sic enim  
agendum est cum multitudine peccantium:  
seueritas autem in peccata paucorum exer-  
cenda est. Et si quid minamur, cum dolore  
fiat, cōminando vindictam ex scripturis: ne  
nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in no-  
stro sermone timeatur. Hoc modo prius mo-  
uebūtur spirituales viri, vel spūalibus proxi-  
mi: quorū authoritate, et lenissimis quidem,  
sed instantissimis admonitionibus cætera  
multitudo frangatur. Hæc ille.

x.

¶ Ad Titū inter cōditiones Episcopi hæc nu-  
meratur. Non præfractū (vbi nos habemus  
non superbum). i. non durum & sui sensus  
plus satis tenacem.

4.

¶ Item ad Philip. vbi dicit, Modestia vestra  
fit

fit nota omnibus hominibus, græce habetur æquitas. Et significat hic quãdam virtutem mirabilẽ: qua homo redditur habilis ad christiane cum omnibus conuersandum. Significatur. n. amabilitas, & quãdam promptitudo, qua homo paratus est omnibus omnium moribus se accommodare, neminem fastidire, omnibus benefacere, libenter cedere, & quæcunq; potest sine offensione Dei ferre, & permittere, etiam cum iactura sua, siue rerum suarum. Hoc. n. est, non quærere quæ sua sunt, sed quæ aliorum. Nulli onerosus aut odiosus est, sed æquus & cõmodus. Hoc est quod ad Romanos dicitur, Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Et. 1. ad Corinthios, Sine offensione estote Iudæis, &c. Et. 2. ad eosdem, Cõmendantes nosmetipsos ad omnẽ consciẽtiam hominũ .i. ea faciamus quibus omnes homines ( si consciẽtiam velint testari) nõ possint nos non cõmendare & probare, nec aliquid habeant in quo nos merito accusare possint. Hoc est omnibus omnia fieri. Hoc est modestiam nostram notã esse omnibus hominibus. Hæc est præcipua virtus Praelatorũ. Cõtra hãc regulã pacis & cõcordiæ vehemẽter pugnãt illi qui nihil suo iuri, nihil suo sensui, nihil suę potestati, nihil suæ

Roma. 12

Secunda pars

suæ causæ, volunt detractum esse: sed omnes cogere vt ipsi deserta & contempta causa & iure suo, tantum illorum quærant ius, sequantur sensum, cedant potestati, faueant causæ: atq; ita omnium hominum mores sibi volūt accommodari, etiam cum illorum detrimēto: Ipsi autem moribus aliorum nolunt se attēperare, rigide suum ius exequentes & aliorum consilijs aduersantes: nullam in rebus suis iacturam pro pace laturo. Hinc nascuntur discordiæ, turbationes, cōtentiones, &c. Et qui hoc faciunt, iactant se interim quod pro iustitia ac suo iure tuendo hoc faciunt: cum ex hoc ipso valde accusandi sint, quod suum ius pluris fecerint quam pacem & concordiam, præsertim publicam. Igitur multa dissimulare debes, multis cōnuere, omnia sic moderari pro loco & tempore, vt charitas & pax illibata seruetur. Hinc illud Poetæ comici. Sūmum ius, sūma iniustitia est. Sapiēs etiam, Noli esse nimium iustus: nec plus sapias quam oportet. Si Deus ius suum rigide exequeretur, quis hominum viueret? Et Dauid sæpe omisit facere, quæ optimo iure potuisset in Saulem, Ioab, &c. Sūmis ergo precibus & lachrimis pete à Domino hanc æquitatem, humanitatem, facilitatem: quā nemo habet nisi charitatem habeat cum prudentia

dentia coniunctam.

¶ Federicus tertius solebat dicere, Qui nescit dissimulare, nescit imperare. Ferendę. n. sunt multę infirmitates & difficiles mores multorũ. Et ideo prælati dicuntur Dij, quia quędam diuina patiētia, & magnanimitas, ac prudentia in ipsis fulgere debet.

¶ Quando per literas corripimur de aliqua re, sed immerito, oportet omnino respondere: ne forte si non respondeamus, culpā (quę non est) agnoscere videamur. *Bernard. Epis. 68.*

¶ Et in alia Epistola, Cuncti penę sapientes solent in rebus dubijs plus alieno quā pprio credere iudicio. Et qui aliorum facile ambigua quęq; dilucidant, in suis consueuerunt scrupulosius hęsitare. *Epis. 82.*

¶ Item dicit idem, quod Abbas zelo Dei feruēs, si tamen pręsit infirmis, sic debet temperare rigorem sui propositi, vt salutem infirmorum non negligat. Inuitandi. n. sunt ad arctiorem vitam, non cogendi. *Epi. 8.*

¶ Ibidem in sequenti dicit, quod monachi in firmi solent extorquere suam volūtatem à Prælato, non acquiescere ipsius.

¶ Illud beneficium libēter accipio quod prodest danti, quia non requiro datum sed fructum: alioquin quęro quę mea sunt. *Bernard. Epis. 10.*

¶ Grego. & habetur. 86. Si quid de quocũq; clerico *Gregori.*

Secunda pars

clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec te ad vindictam res accendat incognita: sed presentibus Ecclesie tuae senioribus, diligenter est veritas perscrutanda: ut si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

*Prosper.  
de vitacō  
v̄eplatina*

¶ Apostolus docet in omni patientia & doctrina arguendum: quoniam leniter castigatus exhibet reuerentiam castiganti. Asperitate autem nimie increpationis offensus, nec increpationem recipit, nec salutem. Et ibi dicit quod sacerdotes debent prudentissime discernere quos debent temperata seueritate corripere, et quos debent sacerdotali magnanimitate portare.

53.

¶ Inter Epistolas August. extat Epistola Macedonij iudicis secularis, apud quem saepe August. intercedebat pro rogantibus: Cui ille responder, non esse molestum sibi: imo & saepe gratum quando personae tales qualis erat August. pro reis intercedebant. Pleraque enim ( inquit ) quae sponte facere videri nolo ( ne remissio seueritatis alios armet in crimina ) opto bonis intercessoribus relaxare: ut quod libens concedo, salua seueritate iudicij, alterius merito videatur indultum.

¶ Item

¶ Item in alia Epistola habes, quod non est prudentiæ eam imponere pœnitentiam quæ iam apud homines viluit: quia pœnitentia solennis, non nisi semel imponebatur, ne si visceret, minus utilis esset ægrotis. Quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis.

¶ Absit autem ut Episcopus regulam illam seruet mundanæ prudentiæ quæ imperatoris cuiusdam nomine prædicatur, Nō decet quenquam tristem abscedere à conspectu Principis: nimirum verbis utendo artificiose dictis, ne rem expresse negare videatur, &c. Non sic docuit Imperator noster cum dixit, Nescitis quid petatis, &c.

¶ Arbores quæ frequentius bonos fructus proferunt, non sunt euellendæ, quamuis aliquando accidos aut paruū vtilis proferat. Sic homines qui aliàs strenui sunt, non desperandi aut profligandi, etiā si aliqua in eis desideretur.

¶ Mensa

## ¶ Mensa Episcopi.

Caput. 12.



Eu multi Episcoporum hac nostra calamitosa ætate cõmixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum: epulantes quotidie splendide in vasis pretiosissimis auro argentoq; fulgentibus: quibus (vt ait Berna.) ex bonis Ecclesiæ sola alimenta debentur, non gulæ irritamenta. Et cum Apostoli dicant, Nõ est æquum nos relinquere verbum Dei & ministrare mensis etiam pauperum & viduarum, ipsi magno studio mensis suis intendunt, neglecta interim cura prædicandi verbi Dei. Qua vero hi fronte publice taxare poterunt splendidas aliorum mensas?

*Prosper.  
Lib. 2. de  
vita con-  
templatiua*

¶ Prosper lib. 2. de vita contemp. cap. 17. de abstinentia ita dicit: Quicquid sine quo potest viui percipitur, nõ sustet adæ naturæ sed luxuriæ carnis impenditur. Et. 22. dicit, Deliciosi cibi non officiunt si absq; desiderio percipiuntur: viles autem si appetenter percipiantur, impediunt abstinentiæ profectum: nam Helix non nocuit perceptio carniũ: et Dauid aquæ concupiscentiam in se casti gavit.

gavit. Igitur veri abstinentes non sunt delitiosi neq; auidi. A vino vero, deficiēte stomachi infirmitate, abstinendum: ne quod infirmum corpus sustētat, sanum incēdat.

¶ Ibidem. 24. dicit, quod quando propter aduenientes fratres intermittimus ieiunium, non soluimus ipsum, sed implemus charitatis officium: alioquin si propter abstinentiā contristo spirituales fratres (quos noui mea remissione delectari) iam abstinentia mea non est virtus sed vitiū, quoniā me inflat, & fratrem meum cui charitas iubet seruire, contristat.

¶ Hierony. et habetur. 35. cap. Eccle. Ignominia & confusio est Iesum crucifixū, pauperem, & esurentem fartis prædicare corporibus: & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaq; ora proferre. Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed etiam conuersationem & abstinentiam. Alloquitur Episcopos, & sacerdotes. Idem (& habetur de consec. dist. 5. cap. Ne tales accipiamus) asserit quod multi largitate epularum in varios morbos incurrerūt, videlicet podagra, quæ fit in pedibus, sicut cyragra quæ fit in manibus: qui (ait) reducti ad simpli-

Secunda pars

cem mensam & pauperes cibos, conualuerunt.

¶ Tres pestes immo & tres serpentes, irrepunt in Episcopi dignitatem. scilicet honor, pecunia, & mensa. Et miseri homines ob eas ipsas maxime appetunt eam, propter quas vel solas maxime esset fugienda. Secularis n. lætitia quid aliud quæso est quam impunita nequitia? Paulus iam penè Angelus effectus, castigat corpus suum, timens ne reprobus fieret: et tu inter lautas mensas, & delicias securus viues?

¶ Cum vbiq; & semper colloquia Episcopi debeant sapere disciplinam, specialiter tamen in mensa hoc obseruare oportet post lectionem. Et cum ipse sit qui mensæ præest, in hoc vel maxime debet auctoritatem suam retinere, vt prudenter & ciuilitè abigat sermones viles, neq; sit degeneris ac demissi animi in hac parte, respiciendo personas, &c. Meminerit verò carminum quæ Augu. scripta habebat in mensa.

¶ Omnibus Christianis ait Dominus, Videte ne grauentur corda vestra in crapula aut ebrietate, & curis huius sæculi: quanto ergo magis hoc ad ipsos Christiani populi duces ac magistros pertinebit? Audi quid  
Greg.

Greg. dicat. Sicut Apostolus crucem quotidie portabat in corde per compassionem proximorum (vñ dicebat, Quis infirmatur, & ego non infirmor) ita crucem abstinentiæ quotidie portabat in corpore: ideoq; dicebat, Castigo corpus meum & in seruitutē redigo: ne cum alijs prædicauero, &c. Prædicare. n. & nō macerare carnem, existimabat esse aerem verberare. Ideo præmiserat, Non quasi aerem verberas, &c.

¶ Greg. ad Natalem Episcopum quæ alias taxauerat, quod vacaret epulis & cōiuijs, & ille se excusauerat, quod animo impendendæ hospitibus charitatis id faceret, respondit. Conuiuia tunc veraciter ex charitate fiunt, cum in eis nulla absentium vitæ mordetur, non inanes in eis sæculariū negotiorum fabulæ, sed verba lectionis sacræ audiuntur: & cum non plus quam necesse est, seruitur corpori, sed solaeius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendæ virtutis habeatur. Hæc si vos in vestris cōiuijs agitis, abstinentium fateor magistri estis. Et quia ille dixerat gaudere se quia cum redemptore nomen voracis audierat, ad hoc respondit Greg. Si de vobis vere dicitur quod de Domino false dicebatur, absoluere vos nō

*Epis. 37.  
Lib. 2.*

Q; potest

Secunda pars

potest par nomen, quorum dispar est causa. Et quia etiam ille se excusabat, quod Abraham ipse in conuiuio excepisset angelos, respondit: Neq; nos vos de cōuiuio reprehendimus, si cognouerimus vos angelos in hospitium recepisse.

¶ Infœlix illa hora, infœlix illa mensa, in fausta illa buccella, ò Episcopo, quando q̄si sedens ad lætam mensam incipias gaudere & obliuisci dolorum tuorum, & grauissimorum periculorum atq; onerū tuos humeros opprimentiū. Quando eras in fœlici statu priuatæ vitæ, nō experiebaris quid erat illud, Antequam comedam suspiro: modo oportet te suspirare iugiter, & antequam comedas, & dū comedis, & postquā comederis: in his gemitibus ac tremoribus salus tua sita est. Quid si ita increuit cæcitas & incuria, vt non modo gaudeas de lauta mensa, sed etiam de vana effusione verborum? Et quid, si eo procederet Sathanæ dementatio, vt paulatim subintrante blanda, sed virulenta aura humanæ gloriæ, sic ea serperet atq; corrūperet interiora tua, vt iam inciperes gaudere de statu, neq; ad depositionem oneris votis saltem animi aspirares?

¶ O cæcitas

¶ O cæcitatem. Nonne sufficiunt pericula æternæ damnationis quæ infœlici iminēt prælato ob multiplices curas & onera pastoralis officij, sed adhuc vult spōte addere noua pericula fastus, mensarum, atq; deliciarum? Est adhuc & alia maior abusio. Certum. n. est quod translatio à statu monachali ad episcopalem est ab inferiori ad superiorē: hoc est ad sanctiorem, religiosiorem, austeriorem: vbi ipsis monasticæ vitæ virtutibus, superadduntur aliæ quæ magis ad Episcopos spectant, videlicet largitas, misericordia, zelus animarum, & procuratio salutis earum, &c. Quæ cum ita sint, multi tamen sunt qui transitum hūc esse intelligant ad vitam laxiorem, ad fastum, ad pompam, ad mensas, ad delicias. Eōne cæcitatē peruenit mundus, vt epulari quotidie splendide munus esse putent Episcopi, & hoc ipsum ad dignitatem Ecclesiæ existimet pertinere? Siccinne duces Christianæ militiæ & antesignani, qui in prima acie stare & cōgredi debēt, & virtutum suarum exemplis alios ad simile virtutum studium incitare, carnis indulgentiæ, dilitijs, opibus, & seculi pompis ita vacabunt?

¶ Chrysoſt.

Hom. 15  
ad Tim.

Secunda pars de moribus præla.

¶ Chrysoſt. Audenter dixerim, Eccleſiaſti-  
ci præſules nihil præter victum & veſti-  
tum habere oportere, nè ad iſta trahan-  
tur deſiderio.

¶ *Finis.*

BIBLIOTECA



5155

placatio

of  
of  
of  
of  
of